tamento, ut antea solebat, neq; eo modo, quo TRALANVS adoptatus. Quæ si conjunctim expendas, & cum loco ipitolini conferas, non patientur latere propositum Hirci. Iam videamus, quid Aurelius Victor scribat. cum emisisset Trajanum decessisse, adscito prius ad Imperem Hadriano cive propinquoque, subjungit: Abhinc deinceps nomina Caesarum atque Augusti, inductumq; in Remp. i duo seu plures summa potentia, dissimiles cognomento potestate dispari sint. quamquam alij Plotina, Trajani iugis favore imperium assecutum putent, quæ viri testamento heredem regni institutum simularat. Hæc postre- t particula an concinne eohæreat cum præcedentibus, is judicandum relinquam; hoc tantum adjiciam, ambi- te Victorem de designatione Cæsaris à Trajano facta. Nisi is malit illam annotationem de nominibus Cæs. & Aug. tempora Hadriani late & πυχμειῶς referre. Quod sicut o quidem, hac retenta loci sententia, non fecerim, ita nondum animum potui inducere, ut Victoris libellos vel satis iendate editos, vel abunde diligenter compositos crede- n. Si Gutherij argumentum sequendum esset, qui ex rua Dionis autumat, Trajanum, Cæsarem primo creatum e, possem eadem ratione dicere, jam sub Galba cœpisse saris dignitatem, quia Dio his ipsis verbis utitur de ado- one Pisonis. Galba, inquit, audito tumultu L. Pisonem, enem nobilem, moderatum, prudentem adoptavit, καὶ ἰσοῦρα ἀπέδεδξεν, & Cæsarem designavit. Vnde apparet, storicis verba sui temporis ad præteritum temporum descri- onem, quando de eodem aut simili negotio sermo est. ac- uodare. Huc adde, quod Cæsaris appellatio sæpe fa- lre potius communionem, quam totam loci secundæ for- lam notat. Nam illam (ut hoc tertio loco adjiciamus) insignia quadam primum in Vero adhibuisse Hadria- s videtur. sicut epistola Commodi supra producta haud scure innuit. Vide, quæ notavimus ad Tac. l. A. 3. annot 4. ipso Severi sophismate, quo Albinum imagine potesta- delusit & paulo post subvertit, alibi agitur. Nam hæc- tas contrahere, non extendere, est animus.

ιδε τ. δε. ) Sylburgius: legere queas etiam id est.

neque amplius. Mox pag. seq. διωνύσιος, tempore prærito aptius est.

p. 118. ἀς αὐτὸς οἶδεν) Res 70 annorum partim scriptas auditasque partim experiendo cognitatas, sicut ipse interpretatur 1, 2, 5. Sed lib. 1. c. 1. ἐξήκοντα legebatur. Rectius inquit Sylburgius: nam fastidiam ab ultimo anno Marci ad primum Gordiani junioris, sexaginta solum annos numerant, nisi forte unius adhuc decennii scribere huiusmodi auctor soluerit. Ceterum, pacem fidem diligentiamque pari consilio instrumentoque, quanquam impari doctrina & arte, suscepit inter sequioris ævi scriptores Georgius Phranza Protouestarius: qui licet alias annorum periodum complectatur, tamen 70 circiter annis, qui ipse vixerit (octogenarius enim accessit ad scribendam historiam) peculiarem fidem pollicetur lib. 1. cap. 21. Ad me, inquit, anno post nongentesimum, usque ad octogentesimum sextum: quæ ex multis præcipua & venerunt, & memoria digna videbuntur perscribam. Ceterum quæ pro immaturam adhuc aetatem meam, probe & explorata omnia mihi cognita non sunt: quæque ante me natum transierunt, partim à fide dignis & eruditis auctoribus scriptissimus: partim à proceribus aula imperatoris & consularibus, & sapientibus ac prudentibus & senibus auditis, quæ silentio prætereunda non putavimus. Atque uti omnia ista haberemus. malo enim profecto exemplaribus Pontanus pro integro mutilatum nobis dedit; tales mutilationis causas attulit, quæ minime satisfaciunt perlectori, hiatusque & defectus, itemque eorum momenta diligentius consideranti. Quid fieret denique operum historicis ipsaque rerum memoria, si licentiæ huius exemplaria propagarentur? Quid? an publica monumenta (enim censeri non unas ob causas debent historiæ priorum temporum) privati hominis arbitrio reformari, aut truncari fas & jura sinunt? Iudicent, qui iudicio vobis nobis enim, quibus obiter querela ista, non injusta tantum ut arbitror, excidit, in viam redeundum est.

## IN LIB. III.

3, I, 120. τῶ μὴ ἔχειν μισθοφόρους καὶ συνεστὸς στρατιωτικὸν)  
 us hujus plane *ἡρώων* habetur infra 6, 5, 267: ἔστι  
 ἰσθοφόροις χρωῶν) *στρατιώταις* οἱ βάρβαροι, ὥσπερ Ῥωμαῖοι  
 στρατόπεδα ἔχουσι σιωσιῶται καὶ ἰδρύοντα, πολέμου τέχνας ἐγί-  
 νασαυοῦνται. *Neque enim mercenariis militibus, ut Ro-*  
*mi, sic barbari utuntur, neque castra habent statida, bel-*  
*licæ artibus assuefacta.* Est autem itidem de Parthis ser-  
 . Explicantur hæc loca diversimode. *Quidam* hoc di-  
 utumant, quasi Parthi nunquam peregrino milite utan-  
 . *Alij* de mercede & stipendiis interpretantur; Parthos  
 idare stipendia, more Romanorum; sed id cuique sti-  
 idii loco esse, quod è præda acquisierit. Mihi *Herodiani*  
 nihil aliud videtur dicere, quam, *non habere Parthos*  
*exercitum ordinarium, qui semper in armis sit* & ad subs-  
 bellorum excubet, sicut in Romano Imperio instituerat  
 gustus, qua de re Noster supra 2, 11, 103. De mercede, aut  
 peregrino milite seorsum non videtur cogitasse hoc loco  
 historicus. Nam *μισθοφόροι*, *ordinarium illum* & *semper*  
*armis versantem militem notant, si ve peregrinus sit, si ve*  
*mesticus.* Vide omnino *Dionem* 52 p. 552 & seq. Vbi sti-  
 ndium subintelligitur sane, sed hic non primario attendi-  
 r, quippe peritia castrensis perpetuo exercitio compara-  
 cum fortuito illo milite, nec castrorum disciplinam, nec  
 um militiæ edocto, confertur. Legenda sunt etiam, quæ  
 fra 6, 5, verbis jam productis continuantur. Vbi sane an-  
 otatur, *non referre alia bellorum premia Parthis, quam*  
*volia* & *pradam ex hostibus.* sed nimirum in oppositione  
 d ordinarium illum perpetui stipendii militem, & de do-  
 isticis omnia dicuntur. Nam si peregrino milite usi essent  
 quod apud Parthos & ejusmodi populos sua multitudine  
 retos nec semper, nec sæpe olim fiebat), utique stipendio  
 onduxissent. possetque hic usurpari, quod *Charidemus*  
 pud *Curtium* Dario ingerit: *Argentum atque aurum ad*  
*conducendum militem mitte.* *Herodiani* ergo consilium  
 st, notare defectum quendam aut errorem imperio Par-  
 bici, quod nimirum tantum imperium destitueretur ordi-  
 narium

*narius militibus*: quos omnibus Regibus, Regnisque commendat *Lipsius* 4. *polit.* 7. & 5. *polit.* 11.

(*περὶ βλημεα ὄχυρὸν νομίζων*) Vide quæ supra nota ad 2, 11, 105.

p. 121 *Βυζάντιον πόλιν ἢ ἐπὶ Θράκης μεγίστη*) scribitur hic Byzantium paulo diligentius, itaque nec abs re sumus facturi, si historię uberioris fontes indice. Addendum autem est ante omnia, quod ipse *Herod.* *infra* 3, 6, 139. de Byzantio amplius tradit, quomodo se verus eam urbem in vici formam redegerit, Perinthii in servitatem adjudicaverit. Vriusque rei latior illutio i. e. tam eorum, quæ ad descriptionem urbis Byzantii spectant, quam hujus calamitatis, & servitutis, peti potest ex *Codini origin. Constantinop.* (ubi annotata etiam collenda) *Dion. in Severo*, *Zonara* tom. 3, p. 7 & 8. *Strabo Eustathio ad Dionys. Perieg.* 2, 804. *Polybio*, 4. *Suida in Byzant.* & *Sever.* *Stephano Grammatico* *loc. Byzant.* T. A 62 & 63. *Phyloforgio* 2, 9. (ubi notæ *Gothofredianæ* *nara ad Concil. Constantinopol. Canon.* 3. p. 70 & 71. *Todoro Balsamone* ad ejusd. *concil. can. eundem.* *Nicephoro gora* lib. 5 c. 1. *Georgio Logotheta Chron. Const. pr.* Adde *C. Dionysii Petasij* *notas ad epist. Iuliani.* 5. p. 326.

(*τελών τε καὶ ἀδείας*) De vestigali Byzantino vid *Grot.* 2. *de jur. b.* & p. 3. 14. *cum annotatis notissimæ editionis.*

(*πεποιημένων μολίτη λίθου*) *Politianus* legisse videtur *μολίτη*. Sed *Sylburgius* ita annotat: *Suidas in Βυζάντιον τισο casu* habet *μολίτη λίθου*, è qua citatione hoc etiam agnoscitur, vulgatam scripturam probam esse nec cum *Politianiano* intelligendum lapidem *Milesium*, sed cum *Brodacum* lapidem molarem.

(*καὶ τὴν ἀρχὴν ἢ ὕστερον*) Aptius ἀκμὴν vel ἰσχυρὸν legis *Politianum*, existimat *Sylburgius*.

3, 2, 122. *Φασὶ δὲ τινες ἀεθδοθέντι τὰ ἢ Νίχου ὑπὸ μιλιανῶ*) An dissensui scriptorum, an vero iracundiæ veri etiam proditione illa opportuna placari nesciæ tribuimus, quod tradit *Spartianus in Severo* 8: *Promisit sane grotutum exilium, si vellet: AEmiliano autem non igno*

um proelia Severianorum cum Nigrianis per seriem  
avit Dio.

p. 123. ἔθ' ὡς ἰσχυροὶ Κομμόδω κατέχοντες τὰς πόλεις ἢ εἰς  
ἢ περὶ) Mos verè regius, & è præsentioris potestatis  
iis subnatus. cuius vestigia etiam habemus apud Cur-  
7, 2: ubi Alexander, cum Polydamanta ad interficien-  
Parmenionem mitteret, fratres ejus ut obsides fidei, as-  
t. *Obsides, inquit, dum hoc peragis, erunt fratres tui.*

p. 125. ἀρχαῖον ἔτερον πόλιν ἑλληνῶν) Iustinus 8, 1, 1:  
acciditates dum imperare singula cupiunt, imperium  
s perdidērunt: quippe in mutuam exitium sine modo  
es, omnibus perire, quod singula amitterent, non nisi  
senserunt. & quæ sequuntur compara Tac. 6, 422, 2.

καὶ παρ' ἀλλήλοις συντε. ) rectius fortasse παρ' ἀλλήλων  
irgius.

3, 3, 127. ἐξασίασαν ἢ πρὸς ἀλλήλους τὴν αὐτῶν ζήλω )  
supr. cap. preced. p. 125. ἀλλήλους excusare potest me-  
mica synthesi, alioqui structura lex postulat ἀλλήλους  
lit Sylburgius.

p. 128. ἢ τε φύσεως νικ.) pro τε aptius legemus γη, vel  
omittam præcedenti præponemus.

3, 4, 130. ἐκείνη Φασί καὶ Δαρείον Ἀλεξάνδρῳ τὴν ὑπὸ τῶν  
χίτων μάχῃ συμβ.) Non ultima ista pugna fuit apud  
m, qua Darius debellatus est: illa enim apud Arbela si-  
gaugamela accidit. *Arrianus discrete historia sexta: ἐπεὶ  
τὴν τελευτήσαν μάχῃ τὴν πρὸς Δαρείον ἡγεμόνων, καὶ ἡ-  
ἔφυγε Δαρείον, ἐδὲ πρὸς τὴν ἔλκετο τὴν φυγῆς, πρὶν ξυλληθῆ-  
πρὸ τῶν ἀμφὶ Βῆσον, καὶ πρὸς ἀρῶν τῶν Ἀλεξάνδρου δαπανεῖν,  
ἢ Ἀλβήλοις ἡγεμόνων ἢ πᾶς λόφος κατέχευε καὶ τὰς ἐν τῇ τὴν πρὸς  
της ἐν Ἴσῳ, καὶ τὴν πρῶτην ἐκ ποταμῶν πρὸς Γρανίκῳ. ἀλλὰ  
ς γρανίκῳ μὲν, ξαθέβη μάχῃ ἰππικῇ, καὶ πρὸς Ἴσῳ ἢ αὐτῆς πρὸς  
εἶον μάχῃ. ἀρβήλων δὲ τῶν χώρων ἐν ᾧ τὴν ἐχάτην μάχῃ Δα-  
ου τε καὶ Ἀλεξάνδρου ἐμαχίσαντο, οἱ μὲν τὰ πλεῖστα συγ-  
φαντες, λέγουσιν ὅτι ἐξακροσθεῖς πεδῆς ἀπέχει καὶ τὰ ἐξῆς.  
idem ultimum illud cum Dario prælium ( post quod  
ius fugit, neque fugiendi finem fecit, donec à Besso ἢ so-  
esset comprehensus ἢ Alexandro adveniente si de im-  
ente occisus ) apud Arbelos commissum esse, communi-  
ter*

perfertur. sicut & illud: qua hanc praecessit pugna ad  
 & primum equestre praelium, apud Granicum ad  
 contigisse. Et de Granico quidem res certa est; ibi  
 equestre praelium accedit; sed & altera pugna cum  
 apud Isson revera facta est. Arbela vero, ab eo loco, et  
 tum certamen Alexander & Darius certarunt, illi  
 dem, qui plurimum tradidere, sexcentis studiis abesse  
 minus, quingentis scripserunt. postea nominat locum,  
 gamela. Adde locum τὸ Ἰσσηνικὸν ex lib. 3. ubi rursus,  
 Issica, in qua mater Darius, conjux, liberi capti, Phoenic  
 & Aegyptus ei ademptae sunt, ab ultimo apud Arbela p  
 distinguitur. Videas licet etiam Radero & Freinshem  
 tara ad Curt. 3, 8, 27. 3, 11, 27 4, 9, 8. Dio, Cilicia Pyla  
 minat, in descriptione loci, quae omnia planum fac  
 cum quo Alexandri proelio hoc conferendum sit.

ἡ γὰρ τὴν ἡναι τε καὶ ἀλάνει ὑπὸ τῶν ἀρκλιῶν ἀνδρῶν, καὶ τὴν  
 ἀνατολικῆς νευικηχάται) Ex tali observatione spem sibi fi  
 apud Laonicū halcocondylam lib. 2. sine Baij zetes a  
 fus Temirem, ἀπὸ τε τῶν πελαγῶν συμβαλλόμενον. αἷς ε  
 τε, τὴν δὲ οὐράτης, οἱ τὴν ἀσίας βασιλεῖς, ἐν τοῖς παλαιῶν χρόν  
 ελεγόντο πάποτε, ἀλλὰ ἐὼς ἡμερῶν ἐπὶ τῶν ἀσίων, τῶν τε  
 ἀφαιρηθῆναι τὰς τὴν ἀσίας ἡμερῶν: antiqua reperens & e.  
 futura colligens; nunquam scilicet ad id tempus vi  
 esse ab Asiaticis regibus Europam, quin potius ex Euro  
 Asiam progressos. P. incipatibus Asia regem spoliassē.

p. 131. τὰ γινόμενα δεασ.) rectius γινόμενα, vi  
 ησοόμενα: Sylburgius.

p. 132. τὰς μὲν φίλους αὐτῆ, καὶ εἴπεις ἔ μόνον ἐκ α  
 εἰσιαι, ἀλλὰ ἡ ἀνάγκης) Qui merito distingui debebant.  
 Dionem, ubi Clena Senatoris apologia, conferenda cum  
 tione Terentij equitis apud Tacitum 6 A. 8 & Amynta.  
 Curium 7, 1.

ἡ γὰρ) artius, ἐπιπλήρη. Sylburgius.

ὅτι καὶ μέγιστον αἴτιον ἐγένετο μεγάλωτερα ὑπερον γ  
 πὶ τῶν ἐπὶ ἐκείνα βαρβάρων) Deplorat similem eventum  
 ca opes Turcorum auctas Camerarius op. subsec. cent. 1.  
 ἐπὶ ἐκείνα vel ἐπὶ πρὸς convenientius putaret Sylburgi  
 Schottus, ut sit, ulteriorum barbarorum; i. e. transfig





ὡς Φυγῆν τε αὐτὸν) Spartianus in Severo II: interim varie in Gallia gestis, primo apud Trunurtium tra Albinum felicissime pugnavit Severus, cum quingens periculum equi casu adiit, ita ut mortuum plumbea crederetur, ita ut alius jam pane impera exercitum legeretur.

p. 142. Ἐν τῷ Λαῶν μόνον, ὡς εἰκός, μνησικαχῆσας  
Et quidem, ut negaret postea, suo jussu interfectum. zianus Sev. I: denique cum occisi essent nonnulli, Severus excusabat; Et post eorum mortem negabat fieri se quod factum est: quod de Latino præcipue Marius Maximus dicit. Quo de more Principum diximus aliquid ad Z. A. 6. annot. 3 & 7. Excusat istam eadem Latini Herodiani tamen illud, ὡς εἰκός, ad confirmationem potius sive propositi Severiani, quam ad approbationem testimonii. Interpretatio esset: solum Latum, haud disimulor proditionis Et injuria, occidit. Quanquam si ceteri voluntate constitit, nihil causæ est, quin merito interfectus credatur Herodiano.

p. 143. ὡς μηδὲν τῆς Σεβήρου μάχαις ἢ νίκαις βάλει) Hic est campus Politicorum, comparandi Severo Iulii, Augusti, Marii. Neque desunt sane rationes validæ, per quas Iulii & Augusti gesta præferri Severo mereantur. An enim Nigrum, Albinum, Iulianum remus Brutis, Cassiis, Pompejis, Antoniis, quorum magnas opes Augustus debilitavit? Sed Herodianus tres imperatores à Severo oppressos præcipue laudat, & in eo præcipuum præcellentiæ talis momentum constituit. Nam cetera, de copiarum Et pugnarum numero, de nationum metu, de itineribus, multum discepta admittent, si quis accuratæ comparationis examen instituat. quod hac vice nostri non est institutum. Mox ἀνδρα, periodus membrorum transpositione perturbatur, Et tali quodam modo restituenda: ἓνα τὸ ἄνδρα ἐν Ῥώμῃ σπουδῆ σοφίᾳ περιηρόει, καὶ τῆς βασιλείας ἡδὲ τῆς ἐλευθερίας, καθηρηκέναι, τὸν μὲν, ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτῶν ὄντα. τὸν δὲ ἐν τῇ ἀναβλήθῃ κρατοῦντα πάλαι, καὶ ὑπὸ Ῥωμαίων βασιλείᾳ ὄντα. τὸ δὲ τῆς ἑξῆς quæ sequuntur. is enim membrorum ord

structura habet coherentiam, & cum ipsa historia  
 ut. Itaque Latini quoque textus membra sic dispo-  
 & interpretanda erunt: sed qui unus & Romanum  
 titum calliditate circumdenerit, tresque Imperatores  
 erum potientes condulserit, unum quidem Palatium  
 enentem; alterum jamdudum oriente positum, Im-  
 oremque à Romanis appellatum; tertium, &c. Syl-  
 us.

3, 8, 144. κεφαλὴ τῆς Ἀλβίνου δηρῶς σαρωθῆναι  
 es) Aliquando ἀνασαρῶν dicitur non de hominis & δι-  
 icio, sed de cadauere aut capite hominis vel decollati,  
 Iso supplicio extincti, quod ignominia causa palo affi-  
 in propatulo collocatur. Sunt hæc Casaubin. verba  
 ercitat. ad annal. Baron, 16, 77. ubi hic ipse Herodiani  
 , cum aliis plurib. adducitur. Habemus etiam in  
 mij Casare exemplum [ cap. 74 ] ubi Cæsar piratas ju-  
 ri prius iussit, deinde suffigi. addenda est rursus nota  
 uboniana.

p. 145. πάντες τε τῆς Ἀλβίνου φίλους φονεύσας) De  
 everi in amicos Albini crudelitate toto hoc capite de-  
 ta vendi Capitolinus in Albino 12, & Spartianus in Se-  
 12 & 13 itemque Dio.

p. 146. καὶ ἄ τὸ σιτηρέσιον) Tria potissimum in-  
 a militibus à Severo, annotat Historicus. Nos, ne prolixi  
 us, ad alios lectorem remitemus. Ac de frumento qui-  
 videatur Contarenus de frument. largit. p. 53: de annu-  
 ips. mil. Rom. 2.9. & Kerchman. de anul. c. 15: de mulie-  
 us rursus Leps. 5. mil. Rom. 18.

καὶ πᾶσι τὸ ἐκείνῳ) Non immerito tam diligen-  
 observat Herodianus tempora & intervalla laxatæ cor-  
 æque disciplinæ: quia arma, ubi à recta tenore paula-  
 descivere, ad extremum oppressere rempublicam, ut ex  
 ois & quasi vaticinio Val. Max. 2, 7 hoc dicam; qui pro  
 co stabilimento imperii rectissime agnoscit disciplinam.  
 de supra 2, 6, & 85.

ὡν μὲν ἐπιτολάς ἀπεχρυσίζων) Capitolinus in Albino 12:  
 ique cum apud Lugdunum Albinum interfecisset, sta-  
 litteras inquiri iussit, ita ut invenires, vel ad quos  
 ipse

ipse scripisset, vel qui ad eum rescripissent, omnesque  
 quorum epistolas reperit, hostes judicari à Senatu f.  
 Quanto mitius & rectius Octavius Cæsar, post victum  
 Pompeium, χαμμηλεία ὅσα τ' εἰσεως σύμβολα ἔχαιε, late  
 belli tempore ultro citroq; missis exussit, memorante  
 priano. ἐμφυλ. p. 746. Cujus moderationis scilicet exer  
 à patre Julio didicerat; de quo Dio sine 41: ἀμέλι εἰ τὰ  
 μὲν δαδ' ἔλα τὰ ἐν τῆς Ἐ Πομπηίης κισβωλοῖς εὐρεθέντα; ὅσα  
 πλὴν τε πρὸς ἐκείνων δύνοιαν καὶ πλὴν πρὸς ἑαυτὸν δύνοιαν ἢ  
 εἴτ' ἀνίγνω εἴτ' ἐξεγράψατο. ἀλλ' εὐθὺς κατέφλεξεν, ὅπως  
 ἀπ' αὐτ' δεινὸν ἀνασκαοῦ ἢ δεῦσιν. Quippe εἰ secret.  
 Pompeii scriniis litteras repertas, ex quibus aliorum  
 erga Pompeium studium; vel erga se odium deprehe  
 potuisset, neque legit; neque descripsit; sed statim crem  
 ne propterea quisdquam in quemquam consulere duri  
 geretur.

P 147. πάντας τοὺς ἐξέχ ) si copulativa τε es  
 ( πλέτω τε translata post πάντας hic collocetur, apti  
 membrorum coherencia πάντας, autem latius extendi  
 tur etiam ad externos senatores. εἰ senatum is tempe  
 non Europæis duntaxat, sed etiam Asiaticis partibus co  
 tisse, docet infra Severi filiorum de imperii divisione co  
 tatio. Sylburgius.

τὸ δ' ἀληθές, ὑπερβαλλέσης ἐν αὐτῷ φιλοχρημα  
 Avaritiæ causa multos sub specie ultionis interfecto  
 Dionis ergo assertio non est prorsus audienda, qui sub  
 Severi sui scribit: χρηματισὴς ἐξ ἀπαντ' ἄπορα, πλὴν κ  
 εἰδὲνα τέτων χάριτι ἀπέκτανε. pecuniam omnibus modis  
 gubat, nisi quæd neminem divitiarum causa occidit.

ὡς ἡ καρτερία ψυχῆς εἰ ἀνέξικανία πόνων ) Vic  
 pra 2, 11, 102 2; 14, 113 3. 6; 139.

τὸ μάλιστα δὴ μὴ ἐπεισθῆ ποιῆν κρηχελομῆα ) Sim  
 hæc popularitas, cum artibus & consiliis tyrannicis  
 juncta est: dum injurias aliis factas beneficiis in alios  
 mere conantur. Lusit hunc ludum Tiberius ille, si  
 quam; qui populo ut cani latranti. offam obijciebat  
 ties rumores aut invidiam suæ crudelitatis velare satag  
 Nemo veterum gravius de illa fraude locutus est,

*egyptia cap. 28.* Lege & pondera. Quid enim excusabam  
n Auſtorem, qui in omnium manibus eſſe debet?

p. 148. αἰωνίς ἢ αὐτῶν ἐνάλη, ἀκρόντες τριῶν γενεῶν  
dp.) De Ludis ſecularibus diligenter expoſuit Zoſimus  
i. principio, & Cenſorinus de die natali c. 17. Ceteroſan-  
avit & explicavit. doctiſſimus Onuphrius Panſinius le-  
de ludis ſecularibus ſingulari. Quid apud Noſtrum  
τριῶν γενεῶν intelligendum ſit, varie diſputant. Ille  
Onuphrius, ætatem ſive ἡμερῶν Herodiani ex Herodoto  
rpretatur XXXIII annos & IV menſes. ita evade-  
illi CX anni, quos ex commentariis XV virorum aſtruit,  
ique ex Horatii carmine ſeculari 3; ubi undenos decies  
annos legitur. quanquam jam olim Ludovicius Viſves ad  
uſtm. de civ. Dei 3, 18 monuit legendum, ut denos de-  
per annos, quæ correſtione etiam D. Heinfio in editione  
atiſiana placuit. Exiſtimo, etiam ſi certum fuiſſet, quod  
CX annis traditur, tamen multos ſcriptores paſſim ro-  
do numero centenario uti maluiſſe. atque hinc diverſi-  
lla. De Herodiano ne dubito quidem, præterpropter  
centenariam periodum notare voluiſſe. Vocem quip-  
ημερῶν non notare definitum numero tempus, vel ex Cen-  
no animadverti poteſt: qui ἡμερῶν ab Heraclyto & Zenone  
pus triginta annorum ab aliis XXV. annorum vocari  
bit. ubi notas Henrici Lindenbrogij vide. τριῶν ergo γε-  
ſeculum i. e. centum circiter annos notant, ſicut col-  
cum Herodiano Herodoti lib. 2. Clem. Alexandrini i  
s probari poteſt. Qui accurate numerare volunt nun-  
m expedient ſe ex hac voce. Ad ſi tanti eſt, not. Velleia-  
1, 2, 1.

3, 9, 148. τῶν τε ἡμερῶν ἡμερῶν ἢ βασιλείας ἢ ἀπο-  
τορας ἀποδείξας) Spartianus in Sever. 16 poſtea de mum  
participatum imperii admiſſum alterum è filiis memo-  
nempe poſtquam Severus emeruiſſet nomen Parthici, ob  
etiam filium ejus Baſſianum Antoninum, qui Caſar ap-  
atus jam fuerat, annum XII agentem, participem im-  
dixerunt milites. Getam quoq; minorem filiū Caſarens  
erunt: eundem Antoninum, ut plerique in litteras tra-  
ut, appellantes. Ad quæ verba Caſaubonus annotat: factum

hoc esse quinto, vel, ut alij, sexto imperij Severi anno: a tempore duos numerari coepisse Augustos, Severum patrem & Antoninum filium; deinde accessisse tertium, minoris filium Getaem: quem multo ante Casarem appellatum, Augustum nuncupavit Severus, octavum annum imperavit vel ad summum nonum. Etque hac, inquit, illa est imperij triplex virtus, hi illi tot Augusti quos laudat Tertullianus in florida de Pallio. nimis enim errant, qui aliter illum locum interpretantur: Nobis nullum unquam dubium, quin ille liber à Tertulliano fuerit scriptus post confecta civilia bella, Severo & duobus filiis imperibus. Apparebit ex sequentibus, cur integram Casarem notam adscripserimus. Iacobus enim Guthersus in edito de offic. dom. Aug. Commentario lib. 1. cap. 42. ne Getaem usquam Augustum & imperij consortem facit, nisi post mortem Severi. idque ex fastis consularibus & teribus nummis adstruit. adeoque verba Tertullianus pall. cap. 23 & triplex imperij virtus, Deo tot Augusti unum favente, non de Severo, Bassiano, & Geta; sed de Se- ita accipit, quod Albinum, Nigrum & Iulianum superavit. Vere, inquit, triplici virtuti Severi tribuitur, qui imperium asserentes, sua virtute profligavit, tot Augusti in unum favente Deo, quod est, Dei benignitate tot de Augustis, in unum Severum potestate imperij redacta. mat dicta auctoritate Herodiani, qui itidem eo non Severum admittit, ἐνα ἄνδρα τρεῖς καὶ θελόντα βασιλείαν κερταίνου: sicut supra cap. 7 huius libri legimus. Vidicam, totus orationis genius repugnat huic explicati quæ nimis περιέργως quaerit sensum in verbis, quem invenit. Quis triplicem imperij virtutem Latine dret, quia unus tres devicit: Phrasis ipsa in contrarium titur, neque nisi obtorto collo huc converti potest. quid est, Deus favet tot Augustis in unum? An ullus: fex poterit exculpere, tot Augustorum vim in unum tr. fert? quomodo ergo illis favet Deus, si uni dat, quod ademit? nonne res & locutio tota reluctatur. Quo Herodianum attinet, locu hic est consideratu dignissim Phrasis clara est, κρινανὸς τὴ βασιλείας καὶ ἀποκροῖσθρας

ῥόναι. interim si proprie capiamus, nec cum tempore, cum ceteris scriptoribus conveniet. *Spartianus cap. 14.* hoc tempore, quo Severus ante bellum Parthicum in e moratus est, hoc tantum refert: quod *Cesarem Bassianum filium, Antoninum à Senatu appellari iussit, decretis auctoritatis insignibus de quibus supra dictum est, item, quod Geta minori filio togam virilem dederit; & mox ad filios consules designaverit.* Quæ haud dubie illuc stant omnia, ut filios ad rudimenta & auspicia imperii ferret. Et si quis laxius capere *Herodianum* locum vellet, confecta esset. Certe de proposito hoc studioque *Severus* jam antea *cap. 5.* huius libri prædixerat, quod voluerit *virum πῦσον τῶν ἀρχῶν Ῥωμαίων εἰς ἑαυτὸν ἢ τὰς παῖδας παραγεῖν ἢ βεβαιῶσαι.*

ᾠέφασιν ποῖς ἰδρῶ) τῶν Βαρσωνῶν πρὸς Νίτζρον Φιλίαν) *Spartianus Sever. 15:* Erat sane in sermone vulgari, Parthico bellum affectare *Septimum Severum*, gloria cupiditate, non aliqua necessitate ductum. Prætextum tamen erit, quem *Herodianus* indicat; frequentem sane & opportunum belligerandi cupidis.

p. 145. ὁ Ὀσρολουῶν βασιλεὺς Ἀβγαρῶ) *Spartianus*: *Persarum regem Abgarum subegit Victor in Caesarib. auxit imperium, subactō Persarum rege, nomine, Agarro. plex vitium, in nomine Agarri scilicet, & quo Persarum regem, vocat, quod ad Spartianum jam Casaubonotatum. Henricus Valesius in not. ad excerpt. Peiresp. 101. endit: "Αβγαρῶ live "Αββαρῶ legendum esse. Ceterum quomodo se is Agbarus postea gesserit, quoque fato funis sit, vide in excerpt. Peiresp. pag. 746. & in not. Valesp. 109.*

Ἀδραβλωνῶν χώρων) *Spartianus 18:* *Adiabenos in tributarios coegit. Arabes in ditionem accepit. Victor: que minus Arabes, simul ut adortus est, in ditionem rexit, provinciæ modo. Adiabena quoque, ne terrarum maris despectaretur, in tributarios concessisset: Ob hac tanta Arabicum, Adiabenicum & Parthici cognomento Patres crederet. Quantum ad verba, Sylburgius ita annotat: rectius scilicet, τῶν τῶν ποταμῶν μέσσην, τῶν τῶν Ἀδραβλωνῶν χώρων: aut*

faltem, τὴν τῶν ποταμῶν μέσσην γῆν, καὶ τὴν Ἀδ χάρακα. periph  
autem illa significatur ἡ μεσοποταμία.

πλήθει ἀνδρῶν τε τεξοτῶν ἀκμάζουσα ) Sylburgius: *Transposita copula legit, πλήθει τε ἀνδρ τοξ. sed fortasse au  
scripsit, πλήθει τε τῶν ἐπιτηδείων καὶ ἀνδρ. τοξ ἀμείζ. ut  
tantum Sagittariorum, sed etiam annonae copia florum  
Atra significarit.*

φέρει γὰρ πῶας βιάδας ) Hæc enim odorum fertilit  
vobilis regio, ut loquitur Curtius 5, 1, 11. Res è Geograp  
obvia pervulgatæque noticiæ.

τὰς Ἀτρεῶν ἐπολιόρη ) Dio imprimis diligenter  
scribit hujus obsidionis seriem casusque.

p. 150. σκίση τε πληρῶν τε πτωχῶν ) Ejusmodi ger  
strategematis Annibal Eumenum vicit; memorante *Lu  
32, 4, 6 & 7. & Nepote 32, 10 & 11. itemque Frontino 4, 7, 1*

p. 15. νικῶν γὰρ πάντοτε ἐν ταῖς μάχαις εἰδίσθη )  
*Aurelius Victor in Cæsarib, 29: nullo congressu nisi Vi  
discessit. Rara laus, quam Hannibali etiam tribuit  
pos 23, 1, 2: quotiescunque cum pop. Rom. congressus es  
Italia, semper discessit superior. & cap. 3, 3: quacunque  
fecit, cum omnibus incolis conflixit, neminem nisi vict  
dimisit.*

p. 152. τῇ παρθυσίων νίκη κηρύσσεται ) Vide Spar  
num Sever. 16. qui tamen confundere videtur, ea qu  
Atrenis acciderunt, cum iis, quæ apud Parthos gesta sunt

ταῖς τε πράξιν μεγαλοκηρῶν ) Stephanus: ταῖς γε πρ  
Sylburgius: si post δὴ μω interpretatas, π in γο transmu.  
non opus erit.

ποσηγορίαν δὲ τῶν ἑθνῶν τῶν καχειρωμένων ) Annotavi  
antea ex *Villoro*. cui addendus Spartianus capite mode  
minato. Crebra eorum cognominum mentio in *inscrip  
nibus apud Onuphrium & alios.*

3, 10, 153. νικηφόρος ἐπαδέχθη ) Politianus non  
ad verba Scriptoris respiciens, quam ad festivitatem red  
vertit: urbem deum triumphans inductus est Spartianus  
distincte, in Severo 16: *Parthicum deferentibus sibi Pa  
bus triumphum, idcirco recusavit, quod consistere in cu  
affectus articulare morbo non posset: filio sane concessit*



*mipharet. cui Senatus Iudaicum triumphum decre-  
ditur quod & in Syria res bene gestaerant à Severo.*

τὰ ἔθνη διεφθείροντο) Tali vi sententiæ Tacitus de Ne-  
ro 13 A. 3, 7: Nero prioribus statim annis, & viduum ani-  
m in alia detorsit: celare & pingere, cantus aut regi-  
equorum exercere &c. addenda sunt, quæ Noster supra  
rovido Marci metu annotavit. qualia scilicet semper in  
his eorum debebant esse, ad quos aliqua educandæ sobo-  
rincipalis cura pertinet. In præcedentibus Sylburgius  
et inserta copula, καὶ τε τὸ ἐνρώμην πρυφῆς.

δὲ ὀρετύγων μάχας καὶ ἀλεκτερόνων συμβολάς) Egit de  
taculis ejusmodi Gallorum præsertim certantium No-  
simus Caspar Barthius ad Vers. l. b. 2. cap. ult. quod ad  
n Codicis sui amice mihi donati opportune annotave-  
amplissimus vir Ioh. Georgius Styrzelius: qui illustri  
næ antiquæque virtutis exemplo tractandæ reip. curas  
estissimo optimorum studiorum laxamento interstin-  
tè subinde solet.

p 154. σωίκερον ἢ αὐτὸς ἐκατέρωθεν ἔϊτε κόλακες καὶ  
εὐφρόντες) Ita solent in d. studio Principum aut familiæ  
cipalis. Tacitus 2 A. 43, 8: discors namque & discors  
erat, tacitis in Drusum aut Germanicum studiis. Ti-  
us ut proprium & sui sanguinis Drusum fovebat: Ger-  
nico alienatio patris amorem apud ceteros auxerat; &  
e claritudine materni generis anteibat, &c. Illud tamen  
um ejus temporis singulare fuit, quod ipsi fratres egre-  
concordes & proximorum certaminibus inconcusse inan-  
Vide apud Cantacuzenum lib. 1. quomodo aulici se  
erint in d. studio Andronicorum.

τῶν τὰ μὲν παρῆτα τὸ ἡλικίας ἐυτελή) Diligenter de-  
osfit ea, quæ ad Plautiani historiam pertinent, Dio. Habui-  
s jam supra talia exempla in Cleandri & Perennis poten-  
artibus haud bonis in id fastigii eversa, unde præcipi-  
ostenderet, nullas cuiquam scelere partas opes diutur-  
esse. Egit de casibus ejusmodi magnorum Aulico-  
n Generosissimus Baro Enekelius in libello, cui Sejan-  
lum dedit. adde Lipsii ad 3 polit. II. notas. Pro, ἐυτελή  
s αὐτὸν, Sylburgius mallet, ἐυτ. τ. ὄντα, ut sequens καὶ

significet etiam. Mox pro, *πρὸς Ἰούλιον*, genit. casu α  
*Ἰούλιου*.

p. 155. *τέτις τῶν θυγατέρων ὁ Σεβήρ* ζούξας τῶν  
 Infelix nec pro cetera Severi prudentia repertum consiliu  
 Nam hoc vel maximum pravæ spei cupidinisque nimia  
 ritamentum esse ambiciosi animis solet, cum præfer  
 insuper obtrusa invito filio uxor nullam captata necessi  
 dinis fiduciam sponderet, facileque prospici posset.  
*apud concordēs Vincula caritatis esse solent, incitame  
 irarum apud insensos fore, ut est apud Tacitum 1 A. 5.*  
 In præced. *Φοβερώτερον ἢ πάποτε ἀρχόντων γυνώμιον*,  
*burgius τὸ ἀρχόντων, restringendum putat ad τὸς ἐπ' ἀρχι*  
 i. e. præfecto.

*ἀλλ' ὡς τε ἐκείνοτε*) Stephanus: *persuasum habeo,*  
*ἀλλ' ὡς, sed ἀπειλεῖν Herodianum scripssisse.*

3, 11, 156 *ἀρᾶσὶ τι μᾶλλον φθάσας, ἢ παθεῖν*)  
 quæ notavimus *supra p. 375 ad 1, 10, 32.*

*ἐν τε τοῖς δούτέροις ἢ ἀδύσασιν ἐτέτακτο*) Non a  
 piendum hoc est de *Honorario Consulatu*; sed quod  
 tenuerit locum, qui daretur iis, qui secundum Con  
 fuissent, quique Honorarios omnes antecederent. ut  
 notat *Jacobus Guibertus de offic. dom. Aug. lib. 1. cap. 13.*

p. 159. *ἔειπεν, ὅτι τὸ τρωανικὸν*) Diximus de tal  
 libellis & fatalibus codicillis 1 A. Tac. 6. *annotat. 5. Am  
 no Marcellino dicitur letalis formula 14. 2.*

3, 12, 160. *καὶ κελύσω* αὐτῶν) Sylburgius:  
*expungenda est καὶ, vel ea in κτ̄ versa, legendum καὶ κελύ  
 σω αὐτῶν.*

*ὅτι δούτερος ὁ Σεβήρ ἐπίσδυσεν*) Fato quodam ge  
 que regni fieri talia animadvertas: suntque principes  
 rumque ut odii ita amoris tenaciores quam par est. No  
 est Tiberii exemplum; in cujus animo Seiani caritas  
 pervicaciter infederat, ut *quamvis exitiosa suaderet, ta  
 cum fide audiretur. Tac. 4 A. 59. 5.* Adde *Trajani in Lu  
 um Suram affectum, Dionis descriptum in Trojanoe*

p. 162. *ἡμέτερον ἢ δὴ ἔργον*) Sylburgius: *ὑμέτερον.*  
 A. & P. *legendum esse, ipsa orationis dicitur sententia.*

p. 162. *ἡπίερον παιδοῖ*) Sylburgius: *haud sci*

venientius legerimus ἐπήγελθῃ seu ὑπήγελθῃ adducebatur, ferebatur.

p. 164. ὑπὸ μισάντων ὕβρ.) Sylburgius mallet cum iculo, ὑπὸ τῶν μισ. Μοχρὶο ζήσας κομητὶ ζέσας a ζεῦ vere. Subinde Μομμὶ ἀπατέτω ὑπερσία. ἐπιμενσοῦς οἴτιο. Sed verior est Stephani lectio ἀπίσω ὑπερσία. scilicet a Saturnino, quem sibi omnium fideissimum licebatur, fuit proditus.

p. 3, 13, 164. ὑπάρχοντες δύο τῶν στρατηγῶν κατέστησεν) de qua supra notamus ad 1, 9, 30. Quibus addde iacob Gr. de offic. dom. ug. lib. 2. cap 4 & 5

p. 156. ἀπασιν ἃ ἠθέλε τὴς παῖδας τῶν Ρώμῃ διαίτης ἡσῆς ἀπολαύειν) Magnopere gavius est levius boie imio destinata; omnemque in educando curam adhibuit; frustra. Vnde hac occasione locum communem textit ianinus in Severo 20 & 21: neminem prope magnorum orum optimum & utilem filium reliquisse. Subinde, ἀδελφὸν αὐτῶν, Politianus legit, υἱὸν. Sed ἀδελφὸν agnoscat am Epitome Dionis, nec eam ex alio prolem suscepisse proe est: multo minus ex Antonino, qui nec lecti eam, nec is consortio dignatus est.

p. 166. μύθων τε ἀρχαίων ἢ δραματῶν) Talia perfecti sunt ex Graecis antiquis Latinisque, qui Thebaidas, Thyestes, Atreos, Pelopidas scripsere. quorum catalogum insignavit Martinus Antonius Del Rio ad Senec. Thyest, Thebaid. Spartianus in Severo 21 etiam hoc tradit: ipsum agrotantem diuinam Sallustij orationem, qua Missa filios, ad pacem hortatur, misisse filio majori. In quo eto aliquid eius moris agnosco, quem Augustus usurpavit, ste Suetonio §9: dum praecepta & exempla publice vel primitim salubria ex utriusque lingua auctoribus ad verbum cerpta; aut ad domesticos, aut ad exercituum provincia- mque rectores, aut ad urbis magistratus plerumque mit- bat: prout quisque monitione indigerent. Facta Augusti nulari solebant secuti Principes, ut quisque eorum exi- ius videri voluit.

πάντα ἐδείκνυε χρημάτων πλῆθην) Stephanus mallet ἐνός (νεῶς) & πλήρη. Sed neutra haec tern posse, recte Dd 4

osten-

ostendit doctissimus *Sylburgius*. Mox, post ὅτι ἔπειθε, fertum vellet οἶον nef. io an opus sit.

ποσῶν μὲν ἕως οἴκοι πειρασίας) non pecunia modo, annona quoque abundante. vide *Spartian.* 23. ubi *Casana* nota *Dio*: καίτοι ἢ πάμπαν δαπανήσας, ὅμως ὅτι δὴ θύρας ἑνὸς μισθίου δραχμῶν καταλέλοιπεν.

ὡς ἀφιδῶς ἢ δαψιλῶς τοῖς στρατιώταις χορηγεῖν) Ex improbiore eius vox directa oratione expressa ad filios *Antonini*: ὁμνοεῖτε, τὰς στρατιώτας πλετίζετε τῶν ἄλλων πᾶν καὶ φρονεῖτε. de qua diximus ad *Tac.* 1 A. 2. annos. 5.

πλὴν ἔδεν ὄφελος τέτων πάντων) Non omittuntur hic ipsa *Severi* verba. quæ *Spartianus* 23 annotavit: *meum imperium Antoniniis meis relinquo, si boni erunt, si becillum, si mali.*

p. 167. ἱκασοὶ τῶν κηλακιδόντων ἀνδρείων πρὸς τὰς) Repetenda sunt, quæ supra dixit *Herodianus* 3, 10, ubi quædam annotavimus.

3, 14, 67. Φύση μὲν φιλόδοξος ἄλλως ὑπάρχων) Intima & vera causa hujus expeditionis: & descripsit hunc affectum *Severi* Noster supra 3, 9, 148. Longe turpius ista similem cupiditatem explevit *Antoninus*. de quo 4, 201. Summam expeditionis reportatumque *Britannici* nomen *Spartianus* 18 memorat. addenda sunt etiam, quæ *philinus* ex *Dione* excerpfit, ut per membra illustratio huius capiti accedat. nec enim operæ pretium duxerim totum particulatim singula conferre.

p. 169. ἀπράκτους ἐπεμψε) *Sylburgius*: prope forte omissa est propositio ἀπὸ, quia pejus sonasset geminatio ista, ἀπράκτους ἀπέπεμψε.

καὶ ἢ σώματα τῶν ζῴων) χαρῶν ποικίλων ζῴων) Nul-  
Auctorum locus de *Britannis* huc accuratius congruus quam *Solini*, cuius c. 22. siue hæc leguntur verba: *Regionem partem tenent barbari, quibus per artifices plagarum figuræ, jam inde à pueris varia animalium effigies incornantur, inscriptis quoque visceribus hominis incremento pigmenti nota crescunt: nec quidquam magis patientia loco nantes fere ducunt, quam ut per memores cicatrices plurimum fuci artus bibant, vide Cl. Salmasio annotata *Plin.* exerc.*

ninit *Et Servius ad 4 Aeneid.* illud pictique Agathyrse, inquit, non stigmata habentes, sicut gens in Britannia sed pulcri, &c. Quod de hoc quidem loco capiendum nam alias pictos ipse exponit, stigmata habentes, ad illud g. 2. pictosque Gelonos. Solino, in scriptis, eadem notione lo usurpabatur. Congessit de Britannis aliquam multa *Chius animadvers. in Rutilij Itiner. lib. 1. v. 499.* sicut in laudatus nobis antea vir Amplissimus *Ioh. Georgius Zelius* suo codici adscripserat. Ceterum qui cum *Herodotoco* *Caesare* conferunt *lib. 3. bell. Gall. 14.* (quod multi fatent, praesertim, qui notas in eum scripserunt, *Ioh. Rhellicus Aldus Manutius, F. Floromannus, P. Ciacconius, I. Glanvius, alijque*) nescio an recte sentiant, utriusque scriptori de *m more sermonem esse.* *Caesar* enim nullius varietatis ninit, sed totum corpus uno vitri pigmento sine ullis figurisque notari ait. Verba sunt: *omnes vero se Britanni vitro inficiunt, quod caruleum efficit colorem: atque hoc terribiliore sunt in pugna aspectu.* *Græcus Metaphrastes* exprimit consilium finemque huius moris: *ἔστι ἐν ταῖς μάχαις κατὰ πλεονεξία τὸ διαμαρτυρεῖσθαι.* Cui consilio similit, quod *Aelianus in Var. hist. 6, 6. de Spartanis* tradit: *οἱ μὲν δὲ ἄμπέχεσθαι καὶ τοὺς μάχαις ἀνάκη λυοῖν. ἔχειν δὲ τὴν χρομίαν σεμνότητι καὶ πρὸς ζωὴν γε μὴ καὶ τὴν ῥύσιν ἐπιθυμοῦσθαι. ἔκ τινος πρῶτον ἐπιτιμῶν ἐκπλήτην τὸς ἀντιπάλους θυτέραις (ἢ βαρυτέραις) τὸ ὄψεως χρομίδης, καὶ φοβερωτέραις πρῶτον. πυρρῶν ἵστοι νεκρῶν ἐστὶν ἐπιτιμῶν, ut color quid graditatis haberet, Et praesertim, ut sanguis ex vulnibus purpura superfusus hostes gradiore ac terribiliore esset perturbaret. Locum Caesaris diligenter explicavit *Salmasius ad Solin. l. d.* De lectione loci *Sylburgius:* *ταῖς, γραφαῖς ποικίλαις καὶ ζωὴν πάντων. εἰκόσιν.**

p. 171. ἀπὸ πάντων Ῥωμαίοις, ἐναντία, πλείονα παρέχετο πολέμῳ τὴν ἀμαρτυρίαν) Nec moram modo, sed damna manus ingentia dedere, sicuti ex *Dionis Sebero* intelligi potest.

3, 15, 171. ἀνέσχετο τε ἰατρὸς καὶ ἰσχυρὸς κακουργῆσαι καὶ) *p*ius parricida jam antea bis patris vitæ insidias struxerat; *as Dionis historia* refert.

ἐνδοξότατα βιώσας, ὅσον αὐτὸς τὰ πολεμικὰ) Vide *scilicet* 3, 7, 143.

P. 172. βασιλεύσας ἡ ἰκτωρὸς δὲ ἐταίρων) *Spartianus* 19: *perit Eboraci in Britannia suorum gentibus, quae tantum debantur infesta, anno imperij decimo octavo et bo gradissimo extinetus jam senex. Dio regnasse ait, et XVII. menses VIII. dies III. Unde apparet Herodianum numero rotundo usum; quod & Victor fecit & Nicephorus Callistus, aliique. Theodorus Metochita, annos XVII dem praeterpropter ponit.*

χρήματι αὐτοῖς καὶ λιπὼν ὅσα μηδεὶς πάποτε) *Dionysius* supra ad 3, 13, 16.

P. 173. μνημηδῶροι ἢ Σεβήρης, ἃ ἴδιαι ἀμφοτέρως) de etiam postea pars *vilium apud Romanos* (etiam occisae) *egerrime accepit, dicentibus cunctis, duobus se fidem misisse liberis Severi, duobus servare debere.* & quae sequuntur in *Spartiano Antonino Caracallo cap. 2.* id quod repetit *Ejusdem Antonino Geta c. 6.*

## IN LIB. IV.

4, 1, 175. ἐν τῷ νεκρῷ ἐντα Μάρεκα τε ἐν τῷ αὐτῷ βλαίων ἰερῶ μνήμῃ τε δεικνύν) *Spartianus* c. 24. *urnam auream* (nam corpus, ubi mortuus erat, crematum est) *Antoninum sepulchro illatam* ait. & cap. 19. *dixerat: Illatum sepulchro M. Antonini. pro urna aurea, Herodianus καὶ δὲ πῶλον βλάσπῃ, Dio ὑδρῶν πορφύρεῶν λίθῃ* habet, quod obiter *De sepulchro* consentit *Dio, eis τὸ Ἀγτωνεῖον ἀπετέθη* *Antoninus* autem Severus monumentum *Septizonij* specie *ἑῷ* non sibi ipse deditus ornaverat? Ita *Spartianus* in *Geta* c. 7. que tradunt. Respondet *Casaubonus: Antoninorum pulchrum, ἑῷ Septizonium Severi ejusdem Mausolei partem fuisse; eaque communiter ab Herodiano βασιλείων μνήμῃ* vocari.

4, 2, 176. ἔθ' ὅτι γάρ ἐστι Γωμαίοις ἐνθεῖάζειν βασιλέως ἐπὶ Ἀλάδοις καὶ σὺν τελεῖ.) *Praeclara egressione* describit *Herodianus, ritum consecrationis, nulli apud veterum fuisse* descriptum. Nam *Dio* in *Severo* brevius id a

s expositio tamen omnino cum hac conferenda est, ut consecratio Augusti apud *Dionem*. 56. Vide etiam, quæ titu toto collegere *Ioh. Kirckmannus* de funerib. Rom. t. cap. 13. *Onuphrius Pandurinus comment. in lib. 2. fast. ann CMLXIII*, ubi etiam *Catalogus consecratorum*, sed doctissimus *Kirckmannus* Herodianum erroris arceſſu quasi non recte diceret, *Principes consecrari, qui superbus filijs aut successoribus moriuntur*: ea reprehensio nihil opus esse videtur. Nam *Herodianus* ad originem citat & exempla: dum ab initio *Augustus Iulium, Tiberius Augustum, Nero Claudium, Titus Vossasianum, Domitianus Titum, Trajanus Neruam, Hadrianus Trajanum, et Hadrianum, Marcus Pium, Commodus Marcum* conſarunt, omnes filij sc. aut *destinati successoris*. Hæc conſuetudo fuit. consecratio feminarum extraordinaria est. ut eam *Herodianum* hic non loqui nisi de *Imperatorum consecratione*, quæ interim non excludit alias consecrationes, singularibus ex causis, varioque consilio & arbitrio factas. præced. cap. hac pagina, ἐπιτεροῦ ἄρκι, desiderari χωρὶς, et, aut simile quid, *Sylburgius* jam monuit.

4, 3, 180. ἐξ ἐκείνης ἡ ἐστίαζον πρὸς ἀλλήλους) Confer & supra leguntur 3, 15 & 4, 1. itemque infra 4, 4. *Herodias* de industria videtur hoc egisse, ut insanabile inter fratres æmulatione regni odium, ejusque intervalla, impetus, fures exactius sub conspectum darentur. Præced. cap. hac pagina πάντα ἡ ῥᾶσα ἀνάπτε) ὁ μαρῶς, adverbiorum alterum, vel ῥᾶσα, vel ὁ μαρῶς librariorum vitio irrepsisse, suspicatur *Sylburgius*. Principio hujus capituli ὡς παῖδες ἐς τὸν πατέρα, τὸ ἐς ἐπῆρδεντὸς nominis sine repetitum ideoque exſtinguendum idem autumat.

p. 181. μέτριον τε καὶ πρᾶον ἐαυτὸν τῆς ἀρετῆς παρεῖν) *Spartianus in Geta* 5. comis etiam habebatur in adolescentia. *Victor in Casaris*. 20: *Geta* modestiore ingenio frangebatur.

p. 182. ἠξίον διαρεθῆναι τὴν βασιλείαν, ἐ τῷ ἐξῆς) Quæ de divisione imperii dicuntur, & præsertim de nova ducique sede imperii, revocant mihi in memoriam, asserentem eam, qua alibi dixi, *nunquam facile fieri, ut talis*  
cogi-

*cogitatio feliciter suscipiatur aut perficiatur.* Itaque fertim de *Constantini Magni*, præclarissimi Principis disputant; qui Byzantium alteram imperii Romani se adornavit, alterumque *occidentale*, alterum *Orientale* cavavit imperium. Quod consilium *Zosimus* vehementer reprehendit: *Christianorum* autem plerique, ceteris tamen Principis virtutibus hoc factum sive condonare, sive excusare consilio, de quo mox dicam, comparare solent. Intentiores multi magno fervore *Zosimum* arguunt, quam fide indignum, & infesto in Christianam religionem animo talia effundentem. Equidem quid pro *Zosimo* responderit olim in simili negotio *Ioannes Leunclavius* omnium notitia versatur. Nos nequaquam id nunc agimus, ut patrocinium ejus suscipiamus, At vero hanc imperii divisionem quod attinet, non tam *Zosimo*, quam totius ingenio eventuique & imperii Romani casibus credendum debet. Quid enim opus est de scriptoris auctoritate disputare, ubi res ipsa loquitur? Quo argumento etiam respondit *Jacobus Gutherius de offic. dom. Aug. cap. 45.* Sed est tamen omittenda *Christianorum* ratio: Inter quos nonnulli viri & de *Zosimo* male, & de *Constantini* consilio bene judicarunt. Neutrum sine magna causa. Nam & *Constantini* trepidique multorum fidelium animi inter tot circumstantiarum & allatantium paganorum furores subiacendum confirmandi erant, ne in Christiani nominis injuriam transgredere viderentur, quæ Principibus ipsorum, & præsertim *Constantino*, tanto religionis Patrono, secus facta obijcerentur: & nova illa Roma, licet imperio Romano non tantum augmenti quam detrimenti causa esset, sicut universis æstimanti satis constare potest; admirabili tamen Divinae providentiæ cura factum est, ut religioni Christianæ per orientem late profeminandæ *Constantinopolitana* sedes inserviret. Est interim in ejusmodi judicandi modus. quem an observaverit *Pius V. Pontifex*, cum *Imperio* ac *Florentiæ* *Zosimi* lectionem interdixit, cum tantæ causæ ejus metus, qui tempore *Evagrii* nonnullos tenuerunt pridem evanuissent, cuius promptum erit judicare. Ceterum *Thysanus lib. 1. comment. de vita sua*, veluti excusando



rare Pontifici id institutum videtur. Arque hæc obiter bona Eruditorum pace, hic inserta, suo tempore locolenius explanabuntur.

4, 4, 184. ἀπγνωσμένω τῷ μὲν Δίῳ τοῦ γένω) *Mutilasse locum, ipsa historia circumstantia indicat, ac Ponnus conjecturam magis, quam Græci textus verba est sens. Sylburgius.*

p. 185. ὁ δ' Ἀντωνίνῳ κατεργασθέντῳ αὐτῷ τῷ φόβῳ) *icidium hoc & quæ mox inserta sunt, diligenter etiam in Antonino descripsit. Nam Spartianus in Anton. Getæ tantum mentionem rem perstringit.*

ἔς τε τὸ νεὼν ἔνθα τὰ σημεῖα) *Addendus est de hoc orum templo locus, qui infra lib. 5, 8, 251. legitur. De e ipso egit Lipsius milit. Rom. lib. 4. dialog. 5. & ante in ejusdem argumenti opusculo Henricus Savilius; etiam de Sacello, aquilis seorsum ap. Auctores tributo, quod aquilarum appellatio quodam significato excellæ interdum sola exprimitur, ubi de signis res est; sive, d aquila sacello parvulo inclusa videtur, etiam cum cesigna sub dio collocarentur. Adde etiam Lipsius lib. 2. 11.*

p. 186. νοῦν μᾶλλον ἐβέλετο τὰ περὶ θέντα ἢ ἀκέρει) *vi sententia, ut solet, expressit Historicus celestæ obitatis consilium. Sicut etiam postea in senatu questus de fratris insidiosis involute & incondite, ut Spartianus et in Caracalloe. 2. Addit Dio: καὶ πρὶν πάντῃ ἀκέρει, ὅραξι σφῶντὰ τῶματα ποσάτως καὶ τηλικαύτως ὑποχίσειν, μήτ' ἐνεῆσαι μήτε φηξῆσθαι τι αὐτὸς ὅσοι βέδον ἔθνηναι. priusquam audissent omnia, ut gesta erant, milites, tot tantis pollicitationibus os illis occlusit, ut neque cogitare ne loqui prius quidquam possent.*

μῆς τε ἡμέρας ἀφείδως ἐκχέας) *Si possent ad altiora ntem auollere, qui pecuniæ cupiditate corrupti, rapinam magistrum sunt & auctores Principibus, quique Principum ipsi sunt rapaces (vide Plin. Panegy. 41.) juberem illum omnis ævi exempla intueri, an unquam quantacumque opum per injurias subditorum malasque artes parta, fidium regno emolumentumque attulerit? nam id*

præto-

prætextitur plerumque, sicut vel ex *Tacit.* 12 A. 7, 5. animi  
vertas.

4, 5, 187. Ἐλεξετοιαδε) Eiuscemodi orationem h  
dubie aliquis eorum principi formavit, qui omne hor  
inhonestique discrimen confundere solent, ut dominor  
vitiis per adulationem adrepant: Id quod eo libentius  
noto, ut cum adulatoribus aulicis, Papinianum illum,  
rum scilicet gravemque consultorem, qui semper meli  
& præsertim fratrum concordiam suaserat; contendit  
Tradunt enim quidam; *noluisse Papinianum dictare orationem, qua indehendum erat in fratrem, ut causa melior fieret qui occiderat; quin etiam respondisse: At est parricidium, accusare innocentem occisum.* sive; ut al  
rum narratio habet: *Non tam facile parricidium excipi posse, quam fieri, Spartianus in Caracallo* 8 (add. *Et Severus*  
duplicem narrationem distinguit: quam *Victor* confundit  
videtur, *de Caesarib.* 2. Uterque illud de oratione concin  
da refellit, eo quod Papinianus præfectus prætorio fue  
neque ad eum pertinuerit formare principis oratio  
Quæ ratio tantâ existimari non potest; ut rem statim  
refutata accipiamus. Videtur enim Antoninus Papini  
extra ordinem id voluisse obtrudere, primo quidem ut  
dignitate tanti viri abuteretur ad velandam sceleris atroc  
tom; deinde, ut nolentem volentem quasi cogeret app  
bare ea, quæ hæcenus magno studio dissuaserat; deni  
ab ingenio ejus & eruditione singulari facilius forte spe  
bat artificia velandi facinoris, sive σοφὰ φέρεματα. Fu  
Papinianum appellatum de velando parricidio, *Spartia*  
non dubitat, quidquid sit de oratione dictanda: magnit  
que hinc elogii materiam sumit *Jacobus Lælius in grad.*  
*Vita Et script. Papiniani oratione.* ubi (quod obiter  
to) *μητροικὸν ἀμάρτημα* est, cum *Herodianum* pro *Vide*  
adducit.

p. 188. αὐτὸς γὰρ ὁ τῆς ἰπὶ πόλεως κτίσης Ῥωμῶν  
Diximus alibi (nempe ad 1 A. Tac. 10 annot. 9.) solenne  
nequitiarum civilium magistris & auctoribus abuti ex  
plorum colore. Ita Caligula apud *Suetonium* 25, raptâ  
abducta ex alterius matrimonio uxore, *Matrimonium*  
rep

tum, exemplo Romuli & Augusti, ait. Nihil usitatus e, quam exempla palam improba, manifestoque etiam ilium consensu damnata, in præsidium malæ causæ care. Quinimo ( quod nemo cordatus sine stupore re aut legere potest, ad licentiam facinorum tuendam, lios usus, ipsa S. Scripturarum exempla, quæ Spiritus utramque partem manifesta censura vel absolvit, vel navit, contraria prorsus interpretatione adornantur. l præsertim impius ille sub pietatis prætextu *Thomas panella de Monarchia Hispanica* passim facit. Vnum eium ponam: *Israëlitas ait mancipia factos Elia & i, qui illos imposuerint & deposuerint throno, sicut ules Romani sacerdotibus suis subjecti fuerint. Quo- o hoc potest de sanctissimis viris dici, nisi simul ipsis iatur ambitio & affectatio majoris, quam pro officio, statis? Quod magis etiam apparebit, si, quæ eohærent, s. Paulo post, Vbi de rebellantium adversus legitimos s studiis differit, ait: *Imprudenter & male habitus po- erumpet, & arma in te convertet, sicut David contra l. Ita David: scilicet rebellionis crimen, à quo eum tam ose facer Codex purgat, impingitur. Scilicet hæc sunt menta novæ religionis, quam de se (cap. sequenti 10.) tat. Neque annotarem hæc talia, nisi & hodie similia rem: quibus an major impietas, an vero S.S. inscitia pro- ir, vix discreveris.**

p. 189. Μάρκῳ αὐτὸς φιλοσοφίαν καὶ ἐπιείκειαν ἀπο- κρυφῶν) Inique eum obremi hac calumnia, magna asse- ctione contendit *Capitolium in Nero cap. ult. & Rit- hus. in Marco suo* adde, quæ notavimus *supra ad, 1, 4, 11.* e præcedunt: mutilata, & ita interpolanda putat *Syl- ruius: σιγῶν Γερμανικὸν τὸν Τιβερίῳ, Βρετανικὸν τὸ Νέρον, ιτον τὸν Δομικαῖον. 11. cum è Dionis Epistoma; tum è Zo- à cognoscitur.*

4, 6 190. ἑδὲς δὲ περιχόρευτο ἢ καὶ μετρίως ἐκείνη δέντων) Totum caput nunc eandis infestissimæ crude- tis frugisque generibus destinatur; sed non nisi summa- , ut sic dicam, & acervatim. Quis enim singillatim rat? cum præsertim *Dio* viginti millia hominum tum occi-

occisa tradat. Adde *Spartiani Caracall.* 3. & 4. itaque *Ger.* 6.

p. 191. ὃς αἰνθεὶς αὐτὸν ὑβρίζει ) *Vide omnino Panegy.* 33.

4, 7, 192. τῶν ἔργων συνέσεως ) *rectius forsitan σιωπίας. Sylburgius.*

ἐυδικτίας τε ) *Sylburgius: A. & B. Βοικτίας, u. Memm. Vertit clementer. sed conuenientior lectio Steptea, praesertim si aduerbium vertatur in nomen & Δ'δικτίαςque lectioem confirmant, quia Dionis epitome referi Suida collectanea.*

ἡμφιένωτο τὰ Γερμανῶν περὶ βλήμματα ) *explicat mox Germanorum; & hunc locum Cluverius in Germ. ant. lib. 1. cap. 19.*

p. 193. καὶ ξυλίνοις ἐς ποτὸν εἰδόμεστα χεράμην ) *De ligneis poculis, & pane temere facto, quem mox morat Auctor; videndus est Lipsf. milit. Rom. lib. 5. log. 3.*

p. 194. τὰ ἑρατοπίδων σύμβολα ἐπιμήκη ὄντα ) *sum adeunda Lipsf. militia Romana. Apud Sueton Aug. 10. ejusdem elogii nomine commendatur Octavius quod aquilifero legionis sua graditer saucio, aquilam meris subierit, & diu portauerit.*

Δ' αὖ δὴ ζωῶτα ὡς τραγωικὸς ὑπὸ αὐτῶν ἐφιλεῖτο ) *Nimus supra, quae huc pertinent, ad 2, 11, 103.*

4, 8, 194. ἐυθύς Αλέξανδρον ἰω ) *Spartianus in Tacalloc. 2: Alexandrum M. ejusque gesta semper in ore habuit. Longe autem accuratius ista pleniusque exequi Dio, cujus narratio plane cum Nostro convenit. And Schottus lib. 3. obser. c. 19. collegit nomina eorum, qui Magno Alexandro similes dixerunt.*

p. 195. Πιτανάτιω ἐκάλει λόχον ) *λόχος apud H carnass. plerumque pro centuria capitur: hic tamen recte fortasse verterimus, Pitanatem cohortem. Sylburgius.*

τῶν ὀνειράτων ἐμφορηθεὶς ) *Dio de terribilibus somniis & necromanticis sacris refert, quibus animas ex inferis excavit: quippe universim solitus magis & praestigiatore delectari.*

εφάνους τε κρημύσας ) Quæ hîc de sepulchro Achillis  
 bus spurso honoratogue, & mox de dentis prece ductogue  
 mox cap. seq. ἡσανάκτιν ὅτι ἄρα ἔχοιεν ἐκ σιδικήτων  
 indignabantur milites & dedignabantur habere principem  
 à senatu datos. adde *Capitolin.* M. & B. 12. Mox, πρὸς  
 δὲντ. ἡμέρας, vox ἡμέρας abest ab A. & B. ac facile abesse p-  
 test, cum in seq. memb. o exprimat. *Sylburgius.*

p. 356. στρατιωτικὸν ὄρκον, ὃς ἐστὶ τῶ Ῥωμαίων ἀρχῆς ὁ  
 μόνον μυστήριον) Diximus de hac re ad *Tacit.* 1 A. 7, 1. Si  
 illa sanctitas quam cito exolefcit in animis militum, si  
 mel impune violari posse animadvertent? Hoc lo-  
 observatu dignum est, quod jurandum istud militum  
 non Principi modo, sed & S. P. Q. Romano milites ob-  
 stringebat.

ἢ ὡς ἐνὸς ἴδιον κλήμας ἢ ἀρχῆ) Vnde *supra* 7, 7, 310  
*Romani populi antiquitus imperium.* Similia multa, præ-  
 fertim in orationibus Principum, apud scriptores histor  
*Augustæ*, occurrunt: speciosius plerumque, quam sine  
 rius jactata.

p. 357. ἀλλὰ ὡς ἔστω πάντων ἀμνηστία) *Capitolinus*  
*Max. & Balb.* 12: Maximus sæpe dixerat apud milites, obli-  
 visionem prætoriorum esse debere.

8. 8, 358. ἡ γυνάκτεν ὅτι ἄρα ἔχοιεν ἐν συλκῆτι βασι-  
 25 ) *Capitolinus* refert, prælagisse id Maximum, cum pri-  
 um ei deferretur imperium. Verba sunt in *Max. &*  
*lib. 15: Nec reticendum est, quod Maximus cum & sibi*  
*Balbino deferretur iudicio senatus imperium, ad Balbi-*  
*m dixisse fertur ( ut Herodianus dicit ) Quid tu Balbine*  
*ego merebimur, cum hanc tam immanem belluam exi-*  
*dederimus? cumque Balbinus dixisset S. P. Q. Romani*  
*uentisimum amorem & orbis terrarum, dixisse fertur*  
*eximus: Vereor ne militum odium sentiamus & mor-*  
*n. Quod Herodianum laudat, frustra est. Sive ipse sive*  
*ssatori hunc errorem tribuimus. Casaubonus, in regio-*  
*dice totam hanc narratiunculam Capitolini desiderari,*  
 iatur.

P. 359. συνέβαινε ἢ καὶ κείνους μὴ πάνυ ἡ ἀπὸ ἡμοῖς ὁμο-  
 iv ) Vide *Capitolin. in Max. & Balb. 14. Zosimus* etiam  
 am cædis causam assignat cum *lib. 1. refert; insidias in*  
*rdianum juniorem structas, auctoribus Maximo & Bal-*  
*o: quibus deprehensis, tum auctores tum conscios periisse.*  
 nfundit, ut arbitrator Historiam Philippi cum hac narra-  
 ne: nisi fors milites ad excusandum patricidium tale  
 id in vulgus sparserunt.

P. 362. ὁ ἢ Γογλέωνος ) Vide *Capitolinum in Cor-*  
 mo tertio.

## Animadversiones

in

*Examen versionis Politiani,*

quod

HENRICVS STEPHANVS

adornavit.

Rorsus egregie factum est, quod elegantissimus scriptor  
*Herodianus*, elegantissima interpretatione à *Politiano*  
 in Latinum conversus est; nec minus præclare cessit,  
 od *Henricus Stephanus* multa industria, typisque mun-  
 diffi-

dissimis utriusque curas publicavit : at quod idem ille doctissimus vir, Politiani versionem, cui similem hactenus nullo scriptore habemus, tot castigationibus non necessariis in ordinem redigere conatus est, id ego nec ex Græci scriptoris nec ex Latini interpretis merito arbitror accidisse. Effecit equidem tam critica manus, ut dicendum mihi non sit, quod, nisi instituti ratio efflagitaret, nollem dictum; *Herodicum Stephanum* tum alibi, tum hic præsertim prodidisse, minus Latine quam Græce eruditum. Ut taceam, quod *Politiani* proposito ne ullam quidem videtur cogitationem suscepisse.

Sunt, ut arbitror, non duo, quemadmodum hactenus plerisque placuit, sed tria versionum sive interpretationum genera : *primum* quidem, cum verbis inhærentes, singulis sive reddimus, sive remetimus, quales pleræque Græcorum scriptorum versiones extant : *alterum*, cum verbius & cum quadam paraphraseos mixtura sensum aliqui conamur ; quali industria *Nicolaus Alemannus* Propii arcanam historiam, *Franciscus Vigerus* Eusebii præparat. Evangelicam, alii alia verterunt : *tertium* genus *Peziano* singulare & proprium liceat dicere. quamvis enim *Generosissimus Baro Enechelus* mira elegantia Liviani, Thucydidem interpretatus sit ; *Casaubonus* autem *Poebium* luculenta itidem versione, uterque sane admodum Latine, illustraverit : malim tamen ad *secundum* genus *Casaubonum* referre ; *Enechelsum* autem *Politiano* ita comparare. ut adhuc differat utriusque studium. Videtur enim una *Politiano* cura fuisse, si Latina elegantia posset etiam in versione cum Græca *Herodiani* venustate certare, adque plusquam translationis nomine æstimari. Quod quidem ita illi successit, ut rectissime de *Herodiano* transludicaverit *Ludovicus Vives* ; non ab homine Græco *Sicægenitum*, sed à Latino. Quam se facile produunt alias translationes ex Græco ? dum partim in Græcis rotundius dicendis exprimendis conatus sæpius quam successus apparet, partim tralatitia diligentia ne alio quidem quam qualiscunque interpretationis nomine censeri cupit, partim in egregiam etiam doctisq; conversionibus lucta quædam inter genitum



atinitatis & explicationem Græcisimi animadvertitur quibus superatis difficultatibus Politianus talem nobis interpretationem Herodiani dedit, quæ dissociabiles interpretis & eloquentis viri virtutes ita conjungeret, sicuti alias in historia *ὡς ἑσάπρω* oratoris laudes cum historici officio conspirant. Quod institutum, qui ut oportet, considerabit æstimabitque, non argutabitur in minutiis, aut tam obilis consilii rationes ad diversa & humiliora quasi retinere audebit.

Sed eamus in rem præsentem, & nonnulla videamus, ut vitio dare instituit Politiano *H. Stephanus*. In præfatione sui examinis notat illa Procemii verba (*lib. 1. cap. 1. p. 2.* nostræ edit.) *δόξην παρέδωκων τῷ ἀληθείας μείζονι*, non deuisse reddi, *supra veri fidem sustulerunt*: sed *supra verum sustulerunt*, non enim majora, quam ut credi possint sed majora quam revera erant, intelligi. Vix mihi ipsi credo, cum hæc refero, *Stephanum* ignorasse, *fidem* Latinis præsertim in hac formula, non rarius asseverarem, quam assensum credentis significare; ut elegantissime dicam, *supra veri fidem* dictum, quidquid in majus augetur. Ab hoc loco venit ad illum qui 3, 5, 33. legitur: *cogitare institit Severus, ut pacto sibi universum Romanum imperium liberisq; suis bona fide adjudicaret*. Inquit: Illa ipsa vox, *fides* elegantissimi quidem loquendi genere, sed propter ambiguitatem minime verborum Græcorum interpretationi apte adhibetur. Hoc enim quotusquisque de alia bona fide intelligendum putabit, quam ea, quæ jurisconsultis identidem in ore est? Responderem: *omnes* de alia fide & aliter intelligendum putabunt: *omnes*, inquam, qui vel de Latina lingua, vel de negotio aut contextu quidquam intelligent. Neque enim veris tantum scribuntur versiones; præsertim elegantes: & de Politiani instituto jam diximus: quod longe rectius cequit *Ludoviscus Vides*. qui Versionem Politiani cum Græcitate Herodiani comparari voluit, tanquam ad profectum & intuituam illustrationem utriusque eloquentiæ. Tum autem, quæ hæc nova lex interpretandi, *non licere ullam loquendi elegantiam habere, nullam politiore formulam?* præsertim cum usus & auctoritas talia vulgaribus nec obscuriora nec

magis

magis ambigua esse sinant. Qui profundius ista intelligunt non minus clare dici sciunt; *bona fide firmatum imperium* quam *penitus & certo firmatum*. Iuvat hic vox *adjudicandi*; *adjudicare sibi aliquid bona fide*, εἰς ἐωὺν μετὰ γαλῖν βιβυαῖων. Nihil potuit elegantius aut aptius: una vox Latina, duplicis verbi Græci significationi non disconvenit. Adjuncto sibi *bona fidei* vocabulo exhaurit rem & connecti. Quinimo, si plane largiremur, *subtilioris aliquid elegantius* hic concurrere, quis tamen in tali versione, rarius & tempestive immiscentibus sese quibusdam Latini labii deliciis iniquum se præbet? Ad majora progreditur, non sine stomacho & tragica verborum severitate, H. Stephanus. Cur enim *Politianus* lib. 4. cap. 5 pag. 189. illa Historici verba Μάρκος αὐτὸ φιλοσοφίαν ἢ ἐπιείκταν θεωροῖσθαι, interpretatus esset, *Marcus ipse, Philosophia simulator ac mansuetudinis*, Censor Interpretis, εἰς δὲ dixerim, inquit, *majorem Herodiano an Marco Imperator injuriam hac interpretati faciat*. Nonne antea laudavit Marcum Historicum (ita pergit) quomodo ea laus ei adimitur hoc loco? At quid hoc a *Herodianum*? Necessè est, ut dormiat lector, aut profusum aliud agat, qui hæc ex Historici mente dicta existimet, cur tam aperte Antonino hæc oratio tribuatur. Itaque Herodiano quidem nulla hic potest fieri injuria. Speciosius est quod ait: Antoninum loqui apud eos, qui ægre laturos fuissent ademptam Marco debitam laudem: sive potius (non enim videtur recte suæ dubitationis nervum proposuisse *Stephanus*) Antonini proposito parum convenisse, ut Marcum minus honorifice appellaret. Sed quid dicemus? Possit aliquis referre: qui audeat Marcum parricidii nomine innocentem criminari, quidni etiam simulationis eum insimulare audebit? Ego (fatebor enim quod res est) non dubite recte hætenus sentire Stephanum, quod voluerit paulo aliud quam Politiani verba præferunt dicere Antoninum Marcum, licet omni actu philosophiæ & mansuetudini observans cuperet videri, tamen non abstinuisset cæde generi; ut vox *simulatoris* plus quam oportet, in sensum scriptoris inferre videatur. interim rursus *excescit medicina modum*, ut ostendimus. ¶ Subjungit locum ex 4, 13. 212, ubi

Antonino; ἀπεσοδοκῆτως καὶ ἀφυλάκτως ὁ Ἀντωνίνος ἀνη-  
 ; quod *Politianus* verit: *de improviso Antoninus mihi*  
*defensus occubuit*, prolixè hic agit *Stephanus*, ut substi-  
 t, *absque custodia, vel remotis custodibus*, quasi ἐδίνα ἔχων  
 φυλάκων. Sed profecto nodum in scripto quærit: *Politia-*  
 s idem dicit, nisi quis ἀφυλάκτως active malit sumere, hoc  
 su: cum minime sibi cavendum existimasset *Antoninus*,  
 πιξηγητικῶς jungi τῷ ἀπεσοδοκῆτως videatur. ¶ Quod  
*Politianus* in *Herod.* 6, 6, 272. non intellexerit, quid sit ἀκρω-  
 τιάζειν, frustra suspicatur *Stephanus*. Nimirum quivis  
 doctus inspecto contextu valde dubitabit, an cum *Ste-*  
*phano* malit vertere, *mīlites extremas partes corporis pra-*  
*egore amisisse*, quam cum *Politano* hyemis asperitate at-  
 tos esse, quod & illud includere, & ad captum sensumque  
 toriæ haud paulo aptius congruere potest. Non minutiae  
 borum captandæ sunt interpreti: sed ad genium casuum  
 entuumque amplitudinem & propositum historici con-  
 tus accommodanda expositio. ¶ Ex duobus membris  
 tum hic tum alibi factum esse, in laudibus hujus in-  
 pretationis haud dubie docte & accurrate cogitantes por-  
 rint. ¶ *Lib. 5. cap. t. p. 273. in Macrini oratione* legimus:  
 ἐν μετρίῳν πράξεων εἰς ἔτι ἐλθόντες, ἀείπεσθαι ὡς κα-  
 τὰ κληθέν. Hæc verba cum longe altius considerasset *Pol-*  
*itianus* quam *Stephanus*, rectissime exposuit: *qui experi-*  
*ntio modestie ad imperium asciscuntur*, quasi partem la-  
 re tuentur. *Stephanus* dum nimia corrigendi cupidine,  
*diocres administrationes* intelligi μετρίῳν πράξεων nomi-  
 contendit, non animadvertit, quam parum conceinnita-  
 in sensu, tum autem, quanta sit in ipso contextu pugna.  
 icrinus ab initio hujus orationis dignitatem administra-  
 nis, quam hæctenus sustinisset, i. e. præfecturæ præto-  
 magnifice extulerat, & πολὺν ἐξουσίας ἔδωκέμεως βασιλι-  
 ; ἀποδέσσω, non multum imperatoria potestate inferiorem  
 ans, adeoque sua merita extulerat, ut minime medio-  
 um administrationem, sed summaram auctore cuperet  
 beri. Quid quod omnis dabitandi occasio est præcisa,  
 in toties una repetitur in hac oratione sententia? nempe  
 modestie, i. e. civilis industriæ justitiæque & omni elatio-  
 ne va-

ne vacuæ moderationis merito asciscendus principes. Hæc sensu laudat *Macrinus* τὸ πρῶτον τῆς διοικητικῆς πράξεως, τὴν τρεῖς τὸ πλεον χριστότητα ἐπιπρῶτως, *mansuetudinem in gestate adhibitam*, proponosque ad *benignitatem morum*. Et quid clarius illa sententiâ: ἐπιεικεία καὶ χριστότης, ἀμεγαλυνία, καὶ τῆς ἐπαινωτικῆς ἀναφορῆς εἰς αὐτὸν ἵνα ἔχῃ τὴν καλὴν εὐνοίαν. Denique totus contextus adeo valide tuetur interpretationem *Politiani*, ut nil nisi levia gravibus oppositus sit, qui à *Stephani* partibus stare voluerit. Habuit *Helvidianus*, cum ista scriberet, in animo *Aristotelis* locum 5 *polit.* 10: κατὰ τὴν βασιλίδος ἐν τῆς ἐπιεικῶν καὶ ὑπεροχῆς ἀρετῆς πράξεων τῆς δὲ ἀρετῆς. *Iustinus* 1, 1, 1. ita extulit: *Reges ad stigium majestatis non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio prodehebat*. Hanc sententiam solent imitatione, ut sic dicam exprimere solent, qui *Electio* & merita successionis ac natalium juri ὑποθέσεως χάριν proponunt. quod præsertim hoc loco *Macrinus* facit. § *L. 6. cap. 2. p. 259.* interpretatur *Politianus*: *hujuscemodi litteræ Alexander persuasurum se barbaro, metu scilicet perterritam pacem quietemque arbitrabatur. Quibus ille contemptum armis potius quam verbis gerendam ratus, tum & ferocissimus ingruere, decursaque ac peregrinitate Mejomni &c.* Hæc reformat *Stephannus* ad hunc modum: *Helvidius Alexander se barbarum exoraturum* (quasi verò τὸ ἐξορᾶν exorare magis quàm persuadere esset) *aut metum rejecturum putabat, qui illi quiescendi causa foret.* quasi τὸ ἡσυχάζειν τῆς βάρβαρον, ad metum tantum & τὸ φοβήσθαι, nec etiam ad τὸ πεισθῆναι referri debeat. At ille nihil curans, quæ scripta essent, rem quæ armis non verbis gerendam ratus in maiore studio ad bellum incumberebat, populans vastans omnia, quæ Romanorum erant, decurs. &c. Compara utraque interpretationem cum Græcis. In omnibus mansuetam elegantiam rationem, sine sententiæ damno, secutus *Politianus*. quæ *Stephanus* deterius enuntiari voluit, præscriptis elegantius. nisi in uno forte liberius fecisse videtur *Politianus*, cum illa, ἀνεκεστο, ἀγων καὶ φέρωνται Ῥωμαίων ἀπὸ πάντων, orationis filo serviens expressit, tum vero ferocissimus ingruere. § *Lib. 6. cap. 5. p. 268.* legimus: Ἀλέξανδρος

ἔν, ὡς ᾔειπε, ἀείσι βαβέβλδου. ἔσφλιε ἢ αὐτὸ πλὴν γνώμῳ ἢ  
 ἔν. Hæc Politiānus optime reddit : Sed hoc Alexandri  
 filium, esse longe optimum prima specie videbatur, sta-  
 tu tamen fortuna destituit. At Stephanus, ne Latine  
 idem satis : optimum igitur Alexander consiliam inie-  
 rit, ut quidem putabat : sed ejus deliberationem fortuna  
 interceptit. Quid enim est, fortuna interceptit delibera-  
 tionem ejus? Hoc ne factum quidem & estne hoc expressum  
 Græco? ἔσφλιε αὐτῆ πλὴν γνώμῳ ἢ τέχνῃ quando, for-  
 tuna omni ratione potentior, talubriter destinata discussit :  
 quando fortuna propositum fefellit, consilium destituit.  
 Libri sexti fine, Herodianus : πᾶν γὰρ ἐν, ἀν' ἡ' Ἀλεξάνδρῳ  
 βασιλείᾳ δὲ δοκίμησεν εἰς τὸ ὀλόκληρον, εἰ μὴ διεβέβλητο αὐτῷ ἔν  
 μητρὸς εἰς φιλαργυρίᾳν τε καὶ μικρολογίᾳν. Quæ convertit  
 Politianus optime : Quapropter nisi filium mater avara  
 & sordida infamasset, nihil plane desiderari in illius gu-  
 bernatione imperij potuisset, Stephanus ita maluit : Omni-  
 bus utur ex parte laudatum fuisset Alexandri imperium, nisi  
 mater ejus ob avaritiam & sordides male audisset. cum Græ-  
 ci velint, ipsi Alexandro infamiam attulisse, quæ mater per  
 avaritiam peccaret. ¶ Lib. 7. cap. 3. p. 295 : ἔν δὲ αὐτὸ ὄφελος  
 ἀρβύρων ἀναρρημάτων κτλ. Politianus elegantissime : Quo-  
 rum barbaros interemptos? &c. Sed non tolerat hanc ex-  
 uisitam Latinitatem Stephanus, & triviali stilo permutat :  
 Quid enim proderat, barbaros interimere, si &c. ¶ Lib. 7.  
 cap. 5. p. 301. illa ὡς περὶ κρησφάϊον τέλει κτλ. nitide & erudite  
 Politianus; frigida periphrasi Stephanus reddidit; omnia-  
 que deteriora fecit. ¶ Lib. 7, cap. 8. p. 313 & 314. καὶ τὰ μὲν  
 ἔδρεια καὶ σεμνὰ τῶν ἔργων κτλ. Latine, graviter, & ad men-  
 tem Herodiani exprimit Politianus, quæ Stephanus in me-  
 m. languorem emendando resolvit. Quam est illud dis-  
 solutum : imperium nostrum, quod est solers & modera-  
 te se gerit, &c. ¶ Libri oct. lib. principium, emendatione,  
 quæ affertur, parum indigebat. ¶ Quid autem opuserat  
 Lib. 8. cap. 8 p. 358. illa Politiani; militum tamen ulcerose  
 nimis populares illas declamationes haud aquis auribus  
 accipiebant, ipsamque illam nobilitatem gradabantur;  
 permutare his verbis? milites tamen animis aestuabant, &

cum illis populi acclamationibus offendebantur, tum de  
 ipsorum imperatorum nobilitatem gradabantur. Et sub  
 de, ἀποσιώποντες τὰς ἀπὸ συγκλήτης βασιλέας, Politian  
 recte convertit, irridentesque senatorios imperatores.

Stephanus non videtur cepisse elegantiam sermonis, cu  
 substituit: per irrisionem vocitantes senatorios imperatores

¶ Locutionem ἀκτιδῶν ab interprete in πασιδῶν mutat  
 salvo sensu, & desiderante contextu elegantiore, non t  
 rendum judicavit Stephanus. qui ne tulit quidem dice

tem, *populum Romanum*, pro *Romanis*. ὁμοφύλης, eja  
 dem corporis reddit Politianus, imitatione *Livy*, qui un  
 corporis esse, & sui corporis regem creare dixerat. Sed S

phanus mallet vulgatum: *eiusdem nationis seu gentis*

Quod Politianus præclare dixerat, *actibus incubare*; St  
 phanus parum memor hujus Latinitatis rescribit frequen

tissime *ius dicere*. Et pro; *Principalis pompa*, *Imperato*  
*riam pompam*: Cujus generis per sunt multa, quæ not

possent. Si vellemus hanc dissertationem producere. No  
 negamus autem aliqua à Politiano aliter reddi & potui

ac debuisse: sicut etiam *Sylburgius*, cautior & poli

tior Stephano criticus, non semel annotavit.

καὶ ταῦτα μὴ δὴ ταῦτα.

# I N D E X

I N

## HERODIANUM

*Primus numerus, librum; Secundus, caput; tertius, paginam notat:*

- A**  
Bgarus Osroenorum rex 3, 9, 149.  
acclamationes Principi factæ, *φωναὶ βασιλικαὶ; titulis scilicet principalibus* 2, 7, 68. populi in nou. Princip. 2, 2, 68 & 73. Senatus in nou. Pr. 2, 3, 69. 5, 2, 234. populi *sua obsequia & studia principi declarantis* 1, 13, 44. 2, 14, 113. 3, 8, 145. 3, 6, 139. *aut excipientis principem* 8, 7, 357. civitatum 3, 3, 127. *pro acclamationibus, diræ in novum Principem* 2, 6, 85. acclamationes populi in occisum tyrannum 2, 2, 66. *etiam in senatu usitata. exempla obvia sunt in historia Augusta*  
clamatio militum 2, 10, 102. 2, 13, 109. 5, 8, 251. concionanti facta, index alacritatis 6, 4, 264.  
clamaciones imaginibus Principum factæ 8, 6, 350.  
Achillis iunulum honorat Antoninus 4, 8, 195. eumque stultè imitatur: *ibid.*  
aciei Rom. instructio 4, 15, 216.  
Adiabeni 3, 9, 149.  
adoleſcentiæ pericula 1, 4, 9. adoleſcentes facile capiuntur illecebris voluptatum 1, 6, 16. facile degenerant 1, 3, 6 & 7.  
adoptio ridicula 5, 7, 246.  
Adriani neptis Faustina 1, 7, 20.  
Adulatores describuntur 1, 6, 15. eorum artes & nequitia in corrupendis principibus: *ibid.* adde 5, 1, 221, 6, 1, 255. vitia virtutum nominibus celebrant 1, 13, 44. fovent in stignantque discordias principum: 3, 10, 154. 3, 13, 167.  
Ægeum mare 6, 2, 253.  
G g 2 æmi-

- Æmilianus dux Nigri 3, 2,  
122 & 123.
- æmulatio imperij 3, 2, 122 &  
123. exitiosa æmulis 8, 8,  
359. æmulatio urbib. ser-  
vitutem parit 3, 2, 125. æ-  
mulationis muliebris  
exemplum 6, 1, 256. *Vide*  
muliebr.
- Æneas Phryx 1, 11, 35. Veneris  
& Anchisæ filius 2, 3, 70.
- Ærarium publicum à Com-  
modo exhaustum 2, 7, 86.  
tempore belli apud Prin-  
cipem est 1, 6, 18. ejus opes  
& distributio 7, 3, 297.
- Æsculapii curationes Perga-  
mi celebres 4, 8, 195.
- Æthiopica animalia in spe-  
ctaculis 1, 15, 50.
- Afri qui vocentur 7, 5, 304.  
imbelles 7, 8, 313. cur re-  
bellarint 7, 4, 298. eorum  
numen Vrania 5, 6, 242.
- Africa populosa, præfer-  
tim agricolis 7, 4, 299.  
*Africanus* cognominatur  
Gordianus 7, 5, 304.
- agmen quadratum 8, 1, 331.  
agmini & proelio juxta pa-  
ratus miles 7, 12, 330.
- agri vacantes & solum.
- agricolarum immunitas 2,  
4, 76.
- ALBINVS à Severo specie  
imperii decipitur *Cæsarq;*  
appellatur 2, 15, 116 & 117.  
insidiis frustra appetitur  
3, 5. mox bello impug-  
tur 3, 6. ap. Lugdun  
Galliæ vincitur 3, 7, 1  
caput ejus patibulo Fer-  
mæ affigitur 3, 8, 1
- Alexander Macedo Da-  
regnum ademit 6, 2,  
& 260. ubi cum ulti-  
proelio vicerit 3, 4, 1  
ejus simulacrum æne  
*ibid.* successores 6, 2, 2  
vituperantur 1, 3, 6 &  
eum stulte imitatur  
Antoninus 4, 9, 194. & in  
ginibus ejus urbem  
plet. *ibid.* adde 5, 7, 2  
ejus nomen suo per-  
tat Alexianus.
- ALEXANDER. (Alexianus primo) Ma-  
mææ filius 5, 7, 245,  
246. præclare educatu  
matre p. 247. & ab insic  
Heliogabali custoditur  
8, 249. amatur à militib.  
p. 250. & supra Heliog.  
honoratur pag. 251. mo-  
eo occiso, imperator fit  
1, 253. præclarum ing-  
nium & virtutes ad  
gnum adfert p. 255. in-  
tris avaritiam gravati  
*ibid.* ei tamen nimiu  
obedit p. 257. post 13. in-  
perii ann. de motu Peri-  
co nuntium accipit 6,  
257. legatis & literis fr-  
stra eum declinare labi-  
rat



it p. 259. expeditionem dornat 6, 3, 261. concio-  
 atus ap. milites p. 262 &  
 63. discedit Roma 6, 4,  
 64. denuo legatis agit  
 um Persa p. 265. seditio-  
 nes compescit p. 266. tri-  
 bertito agmine in hostem  
 ducit 6, 5, 271. Antiochiæ  
 convalescit p. 272. solatur  
 milites donativo p. 273.  
 Persam novo apparatu  
 terret & domi retinet.  
*ibid.* nuntiam de motu  
 Germanorum accipit 6,  
 7, 274. profectus eo ad  
 bellum omnia comparat,  
 pacem tamen offert pag.  
 276. &c. indignantib. mi-  
 litibus p. 278. quorum, &  
 Maximini conspiratione  
 armis petitur 6, 8. fru-  
 straque tentata defensio-  
 ne cum matre occiditur  
 6, 9.  
 Alexander Severus. *Vide SE-*  
*VERVS.*  
 Alexandria monumentum  
 victoriæ Alexandri & tro-  
 pæum 3, 4, 130. conditore  
 Alexandro & deo Sarapi-  
 de nobilis 4, 8, 199. sedes  
 imperii destinata Getæ 4,  
 3, 182. cum Carthagine  
 comparatur 7, 6, 395.  
 Alexandrinorum indoles 4,  
 8, 197. & dicacitas 4, 9,  
 198.

Alpes fufe describuntur 2, 11,  
 105. 8, 1, 333. Alpium semi-  
 tæ. *ibid.*

Altinum 8, 6, 352.  
 ambitio belli causa 3, 14, 167.  
 sub aliis quamvis prætex-  
 tib. 3, 9, 148. ambitio cæca  
 est 3, 11, 159. ambitionis  
 nota 7, 5, 104.

amici reorum majestatis oc-  
 cisi 1, 15, 43. amici occiso-  
 rum principum omnes  
 tyrannice interfecti 3, 8,  
 145. 3, 4, 132. 4, 6, 189. &c.  
 6, 9, 284. 7, 1, 287. amico-  
 rum interfectores tyran-  
 ni 2, 1, 63.

*ἀπειθία* sedandis & sanandis  
 tumultibus promissa aut  
 indulta 5, 4, 235. 7, 12, 328.  
 8, 3, 357. 8, 7, 356. *In plerisq̃*  
*istis locis notat Veniam*  
*anteactorum & impuni-*  
*tatem.*

amphitheatrum 1, 15, 49.  
 angustix Tauri describuntur  
 3, 3, 125.

animalia prodigiosa figuræ  
 1, 14, 45.

anni initium sive Ianuariæ  
 Kalendæ qua festivitate  
 Romanis celebratæ 1, 16,  
 53.

Annibal Antonino laudatus  
 & statuis honoratus 4, 8,  
 196.

antidotis se muniunt Prin-  
 cipes 1, 17, 59.

Antigonus Bacchi simia 1,  
3, 7.

Antiochia salubris coelo 6,  
6, 272. sedes imperii desti-  
nata Getæ 4, 3, 172. Laodi-  
cenis in servitutem addi-  
cta 3, 6, 139. Antiocheni  
φιλέοις voluptatibus &  
festivitatibus gaudentes  
2, 7, 89. rebus novis prom-  
pti 3, 1, 120. 3, 4, 129.

antiquitatis studium in Mar-  
co imperatore 1, 2, 4.

Antoninus Marcus, *vide*  
MARCUS.

Antoninus Heliogabalus,  
*vide* HELIOG.

ANTONINVS Severus  
SEVERI filius, Bassia-  
nus antea dictus, dissidet  
cum fratre Getæ 3, 10, 153.  
Plautianæ filiam, sponte  
patris, uxorem ducit p.  
154. socero & uxori juxta  
infensus pag. 155. socerum  
rerum novarum convi-  
ctum interfici jubet 3, 12,  
164. cum patre bellum  
Britannicum administrat  
3, 14, 170. patri fratrique  
insidiatur 5, 15, 171. post  
mortem patris cum fratre  
factam concordiam init 3,  
15, 173. dissidiis tamen in  
ipso reditu & itinere re-  
crudescens 4, 1, 175.  
quæ cum mox gliscerent  
4, 3, 180. de dividendo im-

perio cum fratre agitat  
3, 182. denique post ma-  
trinas insidias fratrem  
matris gremio occidit  
4, 184 & 185, à militibus  
deceptis solus imperat  
declaratur 4, 4, 187. in  
natu orationem habet  
parricidio suo 4, 5. in fr-  
tris amicos, domestico  
aliosque atrociter sævit  
6, 190. etiam in virginibus  
Vestales, in populum  
191. mox urbem perosi-  
am Germanos militiæ lau-  
dem colligit 4, 7, 192 &  
193. in Thracia Alexan-  
dri stolidè imitatur  
8, 194, quæ illi egerit pag.  
195. Syllam & Hanniba-  
lem laudat p. 196. Alexan-  
driæ magnifice excipitur  
p. 197. Sed iratus civita-  
tem ob quædam dicitia stru-  
cta fraude ingentem stra-  
gem edit 4, 9. Artabanum  
spe affinitatis deceptum  
4, 10. inopina clade multa  
4, 11. victoriam litteris ja-  
ctitans p. 206. Macrinum  
prætorii præf. in se concit-  
at 4, 12, 207. qui Martia-  
lem Antonino percussio-  
rem subornat 4, 13, 210. à  
quo occiditur p. 211.

Apollinem suum *Belem* vo-  
cant Aquileienses 8, 3, 339.  
appellationes illustriores,  
quas

- uas virtus, quam quas  
 natura dedit 1, 5, 12.  
 plexia intemperantes fa-  
 ile obruit 2, 1, 61, 2, 2, 67.  
 Θεωσις imperatorum 4, 2.  
 hinc formula, qua Princi-  
 pem dicunt εἰς ἑρωδὸν καὶ  
 Θεὸν ἀνακχεχρημέναι 8, 6,  
 350.  
 uileia describitur 8, 2, 334.  
 ad obsidionem ferendam  
 se comparat p. 335 & 336.  
 obsidenti Maximino acriter  
 resistit 8, 4 & 5.  
 uila emissa è rogo, sym-  
 bolum consecrationis 4, 2,  
 180.  
 abia felix laudata 3, 9, 149.  
 æ in finib. Italiæ, βασιγὶ με-  
 τόροισι 7, 12, 330.  
 borum amoenitas & series  
 circa Aquileiam 8, 4, 342.  
 risteum 2, 1, 61.  
 εἰσοραχία per simulacrum  
 imperii promissa à novis  
 Principibus 2, 3, 73. 2, 14,  
 114. 5, 1, 22 & 223. 6, 1, 253.  
 ma Italis adempta 2, 11, 103.  
 non opus iis habent Ita-  
 liæ civitates 8, 2, 335. arma  
 fabricari à Romanis didi-  
 cerunt barbari 3, 4, 132. ar-  
 ma undecunq̄ correpta  
 7, 11, 326. tumultuaria bel-  
 lo inutilia 7, 9, 318.  
 ramentaria Romæ quo-  
 modo instructa 7, 11, 323.  
 armenia montes 6, 5, 268.
- Severo se jungit Arme-  
 nia 3, 9, 149. subjecta Ro-  
 manis 7, 2, 291.  
 Arsaces Macedonum impe-  
 rio abstrahit barbaros 6,  
 2, 260, ab hoc Parthorum  
 reges *ibid.*  
 Artabanus Parth. rex à Seve-  
 ro oppressus 3, 9, 152.  
 Artabanus magnus rex du-  
 plicique diademate usus  
 6, 2, 257. ab Antonino per-  
 summum scelus deceptus  
 4, 10. maleque multatus  
 est 4, 11. quam stragem ul-  
 turus per triduum cum  
 Rom. pugnat 4, 14 & 15.  
 donec comperto sine An-  
 tonini pacem facit p. 220.  
 Artaxerxes Pers. rex Roma-  
 nis bellum movet 6, 2,  
 257.  
 Asiam & Europam natura  
 ipsa discrevit 4, 3, 182.  
 Astroarche à Phœnicibus  
 Luna vocata 5, 7, 242. &  
 not. ejus simulacrum.  
*ibid.*  
 Atræ; Atrenorum caput, ob-  
 sessa à Severo 3, 9, 149. nec  
 captæ p. 150.  
 Avaritia publice invisæ 1, 12,  
 39. 6, 9, 283. avaritia Se-  
 veri incomparabilis 3, 8,  
 147. crudelitatis causa  
 est, *ibid.* avaritia tyranni-  
 dis 7, 3, 295. avaritia pri-  
 vatim sibi tendit sub pu-  
 blice

- blico prætectu 6,1,256.  
 auctoritas quomodo paran-  
 da duci 2,11,102.  
 audaciæ seditiosæ *πύθ* de-  
 scribitur 1,10,32. *stemqz*  
 audaciæ desperatæ 1,17,58.  
 Vide desper. audacia est,  
 parva occasione res ma-  
 gnas aggredi 2,8,90.  
 Audentus præf. prat. 4,12,  
 207. & *not.* principatum  
 sibi oblatum respuit 4,14,  
 213.  
 Augustus monarchiam in-  
 choavit 1,1,2. exercitus  
 tuendo imperio destina-  
 vit 2,11,103. ejus res ad-  
 versus Anton. & ceteros  
 gestæ cum Severi bell.  
 comparatæ 3,7,143. ejus  
 de Persis victoria 6,2,259.  
 quomodo Antonini victi  
 liberos tractaverit 3,1,13,  
 165.  
 Augusti salutabantur novi  
 imperatores 2,2,68. 2,3,  
 69. 2,8,91. 2,10,102. 6,6,  
 244. 7,5,304. 7,7,309 *hinc*  
 augustorum honores 2,12,  
 108. 5,2,224.  
 Augusta appellata uxor Prin-  
 cipis 5,6,241. augustæ ti-  
 tulum invidet uxoris Prin-  
 cipis mater pr. 6,1,256,  
 augustæ ignis præfereba-  
 tur 1,16,54.  
 aula Principis 1,13,44. aula  
 Rom. amplitudo 4,1,175.  
 aulae assueti ægre reve-  
 cantur ad privatam so-  
 tem 5,3,227. & p. 230. 5,  
 245. aula qui excluden-  
 6,1,254. aulici ministri  
 dulatorum, 1.6,15. aulico-  
 rum sibi mutuo imm-  
 nentium æmulatio 1,9,2  
 mutæ insidiæ & calu-  
 mniæ 4,12,208. avariti-  
 1,8,22.  
 aurigationi deditus Cor-  
 nodus 1,13,44  
 B.  
 Bacchi habitum imitatu-  
 Antigonus 1,3,5.  
 BALBINVS cum Maxim-  
 imperator fit 7,10,321. re-  
 luctante populo p. 322. tu-  
 multum popul. frustra co-  
 natur sedare 7,12,328. he-  
 catomben immolat ol-  
 necem. Maximini 8,6,357  
 diffidet cum Maximo 8  
 8,358. occiditur tumulti  
 militari p. 360,  
 balnea à Cleandro publica-  
 ta 1,12,39.  
 barbari rebellionem faciles 1,3,  
 8. transfugiis Romano-  
 rum per bella civ. cre-  
 scunt 3,1,132. & *not.* eo-  
 rum vetus & rudis mili-  
 tia. *ibid.* De orientalisb.  
*intellige.* barbarorum im-  
 petus cito languescit 2,15,  
 219.  
 Barfemius Atrenorum rex  
 3,1,120.

1,120. cum ulcisci vult Se-  
 verus 3,9,148.

ianus, *vide* HELIOGA-  
 BALVS.

em vocant Aquileienses  
 Apollinem suum 8,3,339.  
*¶ not.*

illum quomodo instruend-  
 dum 2, 14, 115 & 116. 3, 1,  
 119. 6,4,264. belli causſæ  
 juſtæ 4, 14, 215. inter eas  
 ostentatur defenſio 6. 3,  
 262. causſæ ſpecioſæ, item-  
 que neceſſariæ 3, 6, 137.  
 causſa prætextu alio ve-  
 lata 3,9,148, prætextus,  
 vindiciæ avitarum poſſeſ-  
 ſionum 6,2,358. belli for-  
 tuna dubia 8,3,338. bello  
 occurrendum 2, 11, 105.  
 bellorum adjuutores ſocii-  
 que præmiis affecti 3, 7,  
 142.

ellica gloria destruitur sæ-  
 vitæ domesticæ labe 7,3,  
 295.

eneficia magna difficile est  
 rependere 2,3,71. benefi-  
 ciorum facilis est oblivio  
 2,3,72.

enevolentia ſubditorum u-  
 nicum regnorum fulcrū  
 1,4,9. benevolentia inter  
 initia imperii aucupandæ  
 artes 7,6,306.

enevolus benevolentiam  
 jure repoſcit 1,4,8.

erytii à Tyriis infeſtan-

tur 3,3,127.  
 Bestiæ ſpectaculorum cauſa  
 undique conquiſitæ 15,49,  
 & 50.

Boni tyrannis inviſi 1,13,44.  
 & aula excluſi *ibid.* *vide*  
 vir illuſtr.

bona Principum 2,4,76.

Britannia à Severo ordinata  
 3, 8, 144. paſſim paludoſa  
 3, 14, 169. Britanni Illyriis  
 bello pares 3,7,141. rebel-  
 lant 3,14,167. Britannorum  
 veſtis & cultus corporum  
 3, 14, 169. pictura corpo-  
 rum. *ibid.* mos præliandi  
 3,14,170. *Britannici* co-  
 gnomen affectat Severus  
 3, 14, 169. *Britannici* exer-  
 citus 2,15,116.

Byzantium deſcribitur 3, 1,  
 121. 4,3,182. in vici for-  
 mam redigitur & Perin-  
 thiis in ſervitutem adju-  
 dicatur 3, 6, 139.

C.

Adaver ſpecie oneris ex-  
 portatum aula 2, 1, 61.  
 Plautiani in viam publi-  
 cam projectum 3, 12, 164.  
 Heliogabali & matris  
 contumelioſe habetur 5,8,  
 252. Maximinorum, vo-  
 lucribus & canibus pro-  
 jectum 8,5,349. Cleandri  
 filiorumque & amico-  
 rum ejus cadavera per  
 urbem tracta & in cloacas

Gg 5 abje-

- abjecta 1, 13, 43. è cadaveribus occisorum in proelio agger factus 4, 15, 218. cædes libello mandari solita 3, 1, 159. & nos. cædes Iuliani tribuno mandata 2, 12, 108.
- ælum orientale non perforant Illyrii 6, 6, 272.
- Cæsaris Iulii res adversus Pompejum 37, 143.
- Cæsaris titulus, quatenus successionis notam habet 2, 15, 117. 5, 7, 246. Cæsaris honoratque potestas 3, 7, 144. eius nomine etiam nummi percussi 2, 25, 117. statuæ erectæ. *ibid.* quis primus *Cæsar* factus pag. 406. *Cæsar* factus Gordianus adhuc puer 7, 10, 323. Maximini filius 8, 4, 344. Cæsaris titulo abutitur Albinus 3, 5, 133.
- calcei linei 5, 5, 240. *καποδίσμας*  
*ἢ λίνα περιπέδρα.*
- Calamitates moderate ferre, prudentis est 4, 14, 214.
- Calumnia parricidio prætexta 4, 4, 185. calumniæ in illustres viros 1, 8, 22. 3, 8, 147. in infontes 4, 6, 160. calumniæ veteres sævitæ principis accommodatæ 7, 3, 295.
- candidi ac laureati legati 8, 7, 354.
- Capellianus Gordianum armis petit 7, 9, 316. Carthaginienses vincit p. 317. *seq.* imperium clam afficit p. 320.
- capilli scobe aurea conspiciunt 1, 7, 21.
- Capitolini ludi 8, 8, 35
- Cappadocia difficiles hyemes habet 3, 3, 12
- caput Cleandri conto præfixum circumlatum 1, 13, 4
- Albinus abscissum 3, 7, 14
- Romæ patibulo affixum 3, 8, 144. & nos. capiti Maximinorum Romæ missa 8, 5, 34
- coquos corrumpere conantur, mutuo insidiantes 4, 184.
- carceres effracti à latronibus 1, 10, 31.
- Caria 6, 2, 25
- Carthæ Mesopotamiæ urbs 4, 13, 211.
- Carthago à Didone extructa 5, 6, 242. Vraniam celit, *ibid.* Romæ imaginem ad tempus gerit 7, 6, 305.
- casus omnes ferendi fortibus 6, 3, 262
- castra militum sub Albanomonte, 8, 5, 346. & nos. castra prætorianorum in urbe 2, 5, 81. 7, 11, 325. obsessi 7, 12, 327. castrorum murus 2, 5, 83. templum 5, 8, 250. & templ.

phraſti in camelis, con-  
 nis præliantes 4, 14, 214.  
 15, 217.  
 a ſecretior præfecti præſ.  
 1, 6, 307.  
 eris initia 3, 8, 148.  
 tamina ludicra coturni-  
 cum & gallornm 3, 10, 353.  
 alcedon Bithyniæ urbs 4,  
 3, 182. 5, 4, 235.  
 o largius uti poſſunt, qui  
 humido cœlo aſſueti 6, 6,  
 272.  
 ilis tumultus 1, 12, 7. 11 &  
 12.  
 ilitas Pertinacis 2, 4, 77.  
 itatum æmulatio inter ſe  
 quam exitioſa 3, 2, 134 &  
 125. 3, 3, 127.  
 adis deſcriptio 3, 4, 131.  
 clades Romanorum 6, 5,  
 271.  
 amor in principio prælii  
 4, 15, 216.  
 avam geſtat Commodus,  
 imitatione Herculis 1, 14,  
 47.  
 leander ex ſervo fit præſ.  
 præſ. 1, 12, 38. affectat im-  
 perium *ibid.* tumultu po-  
 pulari ad necem depoſci-  
 tur p. 39. capite multatur à  
 Commodo 1, 13, 42.  
 ementia Alexandri Mam.  
 ſingularis 6, 1, 255. clemens  
 ejus imperinm 6, 9, 385.  
 ognomina devictarum gen-  
 tium impoſita victori 3,

9, 152. cognomen *Britan-  
 nici* affectat Severus 3, 14,  
 166. *Parthici* Antoninus  
 4, 10, 205.

Coloſſus Solis 1, 15, 52.

COMMODOVS Imp. Marci  
 filius 1, 2, 4. præclare edu-  
 catur. *ibid.* à patre mori-  
 turo in Pannonia amicis  
 commendatur 1, 4, 8 & c.  
 poſt mortem patris allo-  
 quitur milites 1, 5, 12 &  
 donat p. 14. ab adulatori-  
 bus corrumpitur 1, 6, 15.  
 diſſuadentibus amicis,  
 bello necdum conſecto  
 Romam redire parat 1, 6,  
 18. iter ejus 1, 7, 19. adven-  
 tus quam Romanis lætus  
 p. 20. nobilitas. *ibid.* pul-  
 chritudo pſg. 21. nimis in  
 Perennem affectus 1, 8, 22.  
 Sævitia inſidiis detectis  
 incitata pag. 25. & inſtin-  
 ctore Perenne provocata.  
*ibid.* à quo mox inſidiis  
 petitur 1, 9, 26. eaſque vin-  
 dicat p. ſeq. ſubinde etiam  
 à tertiis inſidiis liberatus  
 1, 10, 30 & c. Laurentum  
 ſecedit ob peſtem 1, 12, 37.  
 à ſore de Cleandri ſce-  
 lere monitus 1, 13, 41. poſt  
 vindictam in nocentes  
 exercitam atrocior & ſce-  
 leſtior fit p. 44. pro Her-  
 cule ſe gerit 1, 14, 47. in fe-  
 ras & ludos gladiatorios  
 inſa-

- infanit 1, 15, 49 &c. è ludo  
 gladiatorio in publicum  
 prodire cupit 1, 16, 35. mul-  
 tis prius neci destinatis 1,  
 17, 55. hinc conspiratione  
 facta veneno tentatur, de-  
 inde suffocatur p. 58. &c.  
 Commodi nomen Iuliano  
 imponitur 2, 6, 84. qui ho-  
 nores ejus vult restituere.  
*ibid.* Commodi soror oc-  
 cisa 4, 6, 190.  
 commilitonis elogium 1, 5, 12.  
 commilito magis quam  
 Princeps vult vocari An-  
 toninus 4, 7, 198.  
 concordiae fictæ schema 3, 15,  
 173.  
 congiarium initio imperii  
 datum 2, 14, 115, 55, 239. vi-  
 ctoriæ nomine 3, 8, 148. 3,  
 10, 153. congiaria Severi  
 insidiosa 3, 8, 147.  
 conscientia tristis facino-  
 rum 4, 6, 207.  
 consecrationis, qua impera-  
 tores Rom. in deos refere-  
 bantur, et rimonia fusc de-  
 scribitur 4, 2, & *not.* conse-  
 cratio Mææ 6, 1, 254.  
 Consilia tutiora rebus du-  
 biis, quam speciosiora se-  
 quenda 2, 5, 79. prudentif-  
 sima sæpe fortuna desti-  
 tuit 6, 5, 268. mulierum &  
 parasitorum deteriora 2,  
 6, 83.  
 consilia nova de occupando  
 Principatu descripta 1, 8  
 24, 29, 26. in exemplo Per-  
 ennis 1, 12, 38. successu in-  
 cenduntur ad majorem  
 audaciam 1, 10, 32. & nov  
 consiliarii Getæ additi 3, 14  
 170.  
 consiliarii Principis senato-  
 res præcipui 6, 1, 253  
 conspirationi cito occurren-  
 dum 1, 9, 27. conspiratio-  
 num fama incerta, & cui  
 7, 1, 289.  
 constantia vultus habitus  
 que in periculo 2, 1, 63. 2,  
 5, 79.  
 Consulum potestas, cum im-  
 perium in ambiguo est 2,  
 12, 107. inter consulares  
 secundos numeratus Plau-  
 tianus 3, 11, 156. & *not.*  
 Cōtempus Principis unde 2,  
 7, 86 & c. 5, 2, 225. 5, 8. 248.  
 contumelia acres animos  
 graviter irritat 4, 12, 297. 4,  
 13, 310.  
 coronæ in principem jactæ  
 1, 7, 21. coronarum flo-  
 rumque sparsio 5, 6, 244.  
 & flor. corona ad tiaræ  
 modum 5, 5, 237. coronæ  
 aureæ victorib. donatæ 8,  
 7, 354.  
 corpore ingens Maximinus  
 6, 8, 279. 7, 1, 286 & 291.  
 corpora pingunt Britanni  
 3, 14, 169. & *not.*  
 Crispini Aquileiæ obsessæ  
 ducis



# I N D E X.

- ducis 8,2,356. constantia,  
 eloquentia, astus 8,3,  
 esiphon regis Parthorum  
 sedes 3,0,151. diripitur à  
 Severo p. 152.  
 inctatio quam noxia Ni-  
 gro fuerit 3,4,132.  
 ipa. è cupis pons factus 8,  
 4,342.  
 istodes corporis, *passim*. ex  
 iis Martialis assidue circa  
 principem, *ἀεὶ παρὰ τοῦ  
 ὄντος αὐτοῦ* 4,13,210.  
 Iyris monarchiæ Persiciæ  
 conditor 6,2,258.  
 Iyzicum 3,2,122.
- D.
- D** Anubii magnitudo & in-  
 doles 6,7,276 Danubiüs  
 est inter limites imperii  
 Rom. p. 274, 219,93.  
 Darius ubi ab Alexandro vi-  
 ctus extremo prælio, re-  
 gnoque exutus 3,4,130. 6,  
 2,25 & 260.  
 decursio equestris inter fu-  
 nebr. carum. 4,2,179.  
 defectio graviter vindicata  
 3,3,127.  
 delatores sub tyrannis licen-  
 ter grassantur 7,3,295. à  
 bonis principibus puniti  
 7,7,309. 7,6,306. urbe ex-  
 acti 2,4,77. patibulo af-  
 fixi 5,2,224.  
 delectus militum 6,3,261. &  
*mil.*  
 deliberatio conspiratorum  
 de occidendo Commodò  
 1,17,57. eorundem; de sub-  
 stituendo principe 2,1.  
 desperatio fortitudinem a-  
 cuit 5,4,253. audaces facit  
 7,12,328.  
 desperatæ audaciæ affectus  
 & character 3,11,156. 4,4,  
 184. 4,13,210. 7,5,300. &  
 p.303.  
 dea Pefinuntia. & Pefin.  
 deo suo matrimonium &  
 dotem quarit Helioga-  
 balus 5,6,242. deorum si-  
 mulacra loco movet 6,1,  
 253.  
 diadema Macedonicum 1,3,  
 7. diademate duplici usus  
 Artabanus 6,2,257.  
 Diadumenianus sive Dia-  
 dumenus filius Macrini 5,  
 4,136. interfectus cum pa-  
 tre *ibid.*  
 dicteria & joci sæpe auctori-  
 bus nocent 4,9,198.  
 Dido Carthaginem quomo-  
 do condiderit 5,6,242.  
 dignitates quibus mandan-  
 da 6,1,254. sub tyrannis,  
 tributæ vilissimis 5,7,248.  
 ad dignitatum culmina  
 per gradus venire 7,5,301.  
 ad dignit. ex imo surrexit  
 Maximinus 6,8,279.  
 Dionysii simulacra 5,3,229.  
 disciplina militaris qualis  
 esse debeat 3,8,146.  
 discordiis intestinis dissipa-  
 ta Ma-

- ta Macedonum potentia  
6, 2, 160.
- divini honores Pertinaci vi-  
vo delati 2, 4, 74.
- divitibus invidet plebs 7, 3,  
296. divitiæ irritamenta  
rerum novarum 1, 12, 38.
- disortia tyrannica* 5, 6, 241.
- docti plures sub docto prin-  
cipe 1, 2, 5.
- dolia sulphure & pice plena  
in oppugnantes emissa 8,  
4, 344.
- dolus degener Antonini in  
Parthos 4, 10. dolo grassa-  
tur Severus, ubi nulla ad  
vim causa suppetit 3, 5, 134
- Dominus*, inter titulos &  
compellationes principis  
1, 6, 16. 3, 12, 160 & 161.
- dominatio sub aliis prætex-  
tibus affectata 7, 9, 320. cu-  
pido dominationis quam  
flagrans 4, 4, 18 4. domina-  
tioni inhiantium artes &  
flagitia 3, 15. 4, 3, 180.
- Domiciani sævitia 1, 3, 7.
- donativis obstructi milites  
ad obsequium 1, 5, 11. *Vide*  
largit
- Dux bonus*, inter Marci elo-  
gia 1, 4, 11. ducis sobrii effi-  
cacia cum luxu ignavi  
comparata 3, 6, 138. ejus  
exemplum & virtus quid  
præstet p. 139 & 140. pa-  
tientia laborum imbuat  
militem 2, 11, 102. & in
- arduis instigat 7, 2, 2  
benevolos reddit mili-  
p. 102.
- E.
- E**Brietas aliquando imp-  
dit vim veneni 1, 159.
- educatio Principalis sobol-  
qualis esse debeat 1, 2,  
quibus rebus corrupta  
3, 10, 353. educatio filii Pe-  
tinacis 2, 4, 7.
- Egressio Herodiani* de de-  
Pefinuntia 1, 11. de arm-  
Italix ademptis 2, 11, 103. c-  
consecrationis ritu 4. 2. c-  
imagine solis 5, 3, 228. d-  
Vrania 5, 6, 242. de regn-  
orientis 6, 2, 260.
- Electus cubiculi custos 1, 10  
54. describitur 1, 17, 5.
- electio in Princip. ob virtu-  
tem successioni generi  
præfertur oratione Ma-  
crini 5, 1, 223. *contra* *Vid*  
succell.
- elogium Commodi 1, 17, 60  
elogia boni Principis 1, 4  
11.
- eloquentia Græca Latina-  
que institutus Alexander  
Mam. 5, 7, 247. eloquen-  
tia Crispini 8, 3, 339.
- Emæ urbs Italix 8, 1, 332.
- Emefa urbs Phœnicix 5, 3,  
226.
- eminentes viri tyrannico  
consilio depressi & in præ-  
dam correpti 1, 8, 25. & vir.  
empo-

orium Italiae Aquileia  
 2,334.  
 tola Severi ad Albinū de-  
 gnatur Cæsar 2,15,117. ad  
 senatū 3,8,144. de victo-  
 ria Parthica 3,9,152. Anto-  
 tini ad Parthum 4,10,202.  
 Macrini ad Parth. 4,1,15,  
 110. ejusdem ad Senatum  
 1,1. Alexandri Mam. ad  
 Persam 6,2,259. Gordiani  
 ad S. P. Q. R. 8,6,305. Sen-  
 atorū ad Albinum  
 scriptæ epistolæ auctori-  
 bus periculum creant 3,  
 3,146. præfectorum ad  
 Alex. Mam. 6,2,257. 6,7,  
 274.  
 istolæ secretæ Principis 7,  
 8,306.  
 istolas ad se destinatas  
 Princeps dat præfecto  
 præ. legendas 4,12,209.  
 & not.  
 quites Principis, (sc. prato-  
 riani 1,12,39.  
 quitatus locis asperis inuti-  
 lis 6,5,269.  
 quitatus Numidicus 7,9,  
 318.  
 uphratis & Tigris egressus  
 6,5,267.  
 ridanus fl. 8,7,353.  
 uropa & Asia quasi fatali  
 termino divisæ 4,3,182.  
 actiones violentæ 7,4,299,  
 excubiæ aulicæ 1,17,60. &  
 62. excubiarum nocturnæ

vices 3,11,15.  
 exemplum ducis efficacissi-  
 mum 3,6,140.  
 exercitus Britannici 2,15,116.  
 Illyrici 1,9,25, potentissi-  
 mi 2,8,93. exercitus in  
 Mylis 3,19,153. in Panno-  
 niis *ibid.* in finibus im-  
 perii, & ripis 2,11,103,43,  
 182. 6,7,275. 7,8,312. 7,9,  
 316. & imper. exercitus  
 tumultuarius parum uti-  
 lis bello 7,9,317. exerci-  
 tuum præfecturæ ambi-  
 untur in occasionem re-  
 rum novarum 1,9,25.  
 exploratorum usus 8,1,531.

## F.

**F**Adilla soror Commodi  
 natu maxima 1,13,4.  
 fama, arte & prudentia  
 disseminata de morte  
 Principis & successoris  
 imperio 2,2,65. & not.  
 itidem artificiose sparsa  
 2,7,88. in majus aucta 5,  
 4,231.  
 fama posthuma sincera &  
 vera 1,4,11.  
 famēs magna Romæ sub  
 Commodo 1,12,38.  
 fatum quemque suum ma-  
 net 1,9,28.  
 Faustina Marci uxor 1,7,20.  
 federis violatores puniun-  
 tur divinitus 4,15,219. &  
 220.  
 festinatio, inter artes & con-  
 glia

- filia Severi 2, 11, 102. 2, 14, 115. 3, 2, 122. 3, 8, 145. 3, 14, 168.  
 Festus Antonino à memoria, Patrocli more sepelitur 4, 8, 196.  
 figmenta in vulgus sparsa 8, 3, 339.  
 filius, *compellatone honorifica* 1, 6, 16. de filiis paterna exempla sperantur 1, 7, 19.  
 florum sparsio honoris indicio 1, 7, 20 & 21, 4, 8, 197. 5, 6, 244. 7, 10, 323. 8, 7, 354.  
 floribus coronati festivitatis causa Parthi 4, 11, 204.  
 flumina Italiæ rapidiora quam Germaniæ 8, 4, 341.  
 flumina Germ. facile congelascunt *ibid.* adde 6, 7, 277.  
 formæ pulchritudo in Commodo descripta 1, 7, 21.  
 formæ cura viris indecora 5, 8, 248.  
 fortuna non virtus Severo victoriam Parthicam dedit 3, 9, 152.  
 fortuna belli dubia 8, 3, 383.  
 fratrem Getam occidit Antoninus 4, 4, 185. fratrum infida in regno societas 3, 6, 136. dissidium atrox 3, 10, 153. irritatur etiam ab adulatoribus p. 154.  
 fraterna dissidia reip. exitio-  
 si 3, 13, 166. eorum exem-  
 pla 4, 5, 188 & 1  
 frugalitas ducis 2, 11, 1  
 frumentum indultum mi-  
 tibus à Severo 3, 8, 146.  
 iam Antoninus auget 4, 186. frumentaria lar-  
 tio ad res novas 1, 11,  
 fuco faciem adornat Hel-  
 gabalus 5, 6, 2  
 fuga indecora Macrini 5,  
 233.  
 funera Principum 4, 2, 17  
 funebris suggestus  
 consecratione p. 178. 1  
 nebrja carmina & canti-  
 næ *ibid.* dona & mun-  
 ra p. 179. funebris lecti-  
 p. 77. funus Festi, cum  
 tibus 4, 8, 15  
 futurorum curiositas in A-  
 tonino 4, 12, 20  

G.

 Gallus fluvius 1, 11, 35. à qu-  
 sacerdotes Pefinunt  
 nominati *ibi*  
 Gallia latrocinio vastata  
 10, 31.  
 Gallicanus Senator sua au-  
 dacia tumultum conc-  
 tat 7, 1  
 Ganymedis raptus 1, 11, 34 &  
 35.  
 gaudii popularis affectus de-  
 scribitur 2, 2, 65 & 66. 8, 6  
 355.  
 generi ex moribus, non è  
 genere aut opibus legen-  
 di 1, 2, 4  
 geni

- genitivæ notæ 1,3,21.  
 rmani bello petiti à Maximino 7, 2. eorum motus 6, 7, 274. Romanis formidololus. p. 175. vendunt Romanis pacem 1. 6. 9. 6, 7, 278. timentur à Marco 1, 3, 7.  
 rmanorum equites eorumque usus 8, 1, 331. proceritas 6, 7, 277. peritia nandi 7, 2, 293. 8, 4, 341. Saga argento variegata 4, 7, 192. flava Cæsaries p. 193. ædificia & habitacula 7, 2, 292. picælia apud paludes & sylvas 7, 2, 292.  
 rmani stipatores Principum Rom. 4, 7, 192. 8, 7, 357.  
 rmanicæ benevolenticæ specimen 8, 6, 352.  
 rmanici à Tiberio subversum fatum 4, 5, 189.  
 ETA Severi filius in Britannica expeditione cum patre versatur 3, 14, 170. dissidiis & insidiis fratris appetitur 3, 15, 4, 1, 4, 5, 180. amatur publice præ fratre p. 181. post multas insidias occiditur. 4, 4.  
 labrionis nobilitas & auctoritas 2, 3, 70.  
 lacies Danubii & Rheni 6, 7, 271.  
 ladium suspensum gestat Plautianus præf. præf. 3, 11, 356.  
 gladioli pompales 2, 13, 112.  
 gladiatores è ludis gladiatoris evocati rebus novis se miscnt 7, 11, 326.  
 gladiatorum certamina pollicetur & præstat Commodus 1, 15, 48 &c. non sine dedecore publico pag 51. *gladiatorum mille Victor*, vult dici Commodus  
 GORDIANVS præcos. Africæ, Princeps creatur per tumultum 7, 5. Carthaginem quasi sedem imperii legit 7, 6. Romam scribit p. 305. Vitalianum præf. præf. curat occidi p. 306 & 307. à Capelliano armis petitur 7, 9, 306. rebus desperatis se suspendit p. 317 & 319.  
*Gordianus* II. filius prioris cum patre augustus declaratur 7, 7, 309. paternis adversis involutus in pugna cadit 1, 9, 318.  
*Gordianus* III, Cæsar fit 7, 10, 323. obviam procedit Maximo, cum Balbino 8, 7, 357. post occisos Max. & Balb. imperator fit 8, 8, 360 & 361.  
 Gordiani familia populo Rom. cara 7, 10, 322  
 Græcarum civitatum noxiæ æmulationes 3, 2, 125. Græcis multis de dea Pessuntia  
 H h

nuntia nihil accurate cognitum 1,11,34.  
 gymnasium ædificat Clander 1,12,38.  
 gymnasia Rom. 2,4,77.

H.

**H**Abitus Phœnicum 5, 3. 228.

hederam gestat Antigonus 1,3,7.

**HELIOGABALVS** (*sic ut Herodianus scribit, Helagabalus*) Sœmidis filius, Soli Phœnicum deo, sacer 5, 3, 227. pulchritudine præstans pag. 229. quo nomine militibus Rom. in Phœnicia placet p. 230. & mox aviæ commento conciliatus *Antoninus* appellatur p. 231. Macrinum vincit 3, 4, 233. & occidi jubet p. 233. Romam festinat 5, 5, 236. Nicomediæ tamen hyemans mollitiæ & luxuria scœdatur p. 237. præmittit Romam numinis sui & suam imaginem p. 239. reversus, templum extruit & nova sacra instituit, *ibid.* Sævitiâ exerceat 5, 6, 240. matrimonia ejus & divortia p. 241. incestus cum Vestali. *ib.* deo suo collocat Palladem, mox Vraniam, pag. 242. novisque ludis & cærimoniiis dat operam p.

243. scœdissimam molli-  
 tiem ostentat p. 245. Alexander Mammææ *Cæsarem* facit 5, 7, 246. honestas artes odit p. 247. vilissimos homines promovet p. 248. Alexander & matri insidiatur 5, 8, 249. vult ei *Cæsaris* honorem adimere p. 250. à militibus cum matre obruncatur p. 251. cadaver ejus ludibrio afficitur p. 253.

*Helagabalus* nomen Solis 5, 227. ejus religio Romanis obrusa 5, 5, 239. templum & aræ. *ibid.* quotidiana & preciosissima sacra p. 246.

Herculis nomen & habitum affectat Commodus 1, 1, 47. mox repudiat nomen 1, 15, 52.

*Herodianus* historiam suorum temporum scribit 1, 2, 1, 2, 5. septuaginta annorum complexus 2, 15, 118. in principalibus & publicis officiis versatur p. 5. Thucydidem imitatur p. 39. & Demosthenem p. 36. vindicatur p. 450.

Hispania latrocinio vexata 10, 31.

Historia Herodiani 1, 2 & Severi 2, 9, 94

historiæ & historicorum vitia, 1, 1, 1. historici nihil a gratiar

# I N D E X.

- gratiam scribant 2, 15, 118.  
 3, 7, 141.  
 historici plures res Marci  
 scripsere 1, 2, 5.  
 Istriomibus deditus Maxi-  
 minus 5, 2, 225.  
 omnis imago 2, 15, 116.  
*ostis* declaratur ab exercitu  
 Albinus 3, 7, 118. Geta 4, 4,  
 187. hostis iudicati neces-  
 situdines quomodo tra-  
 ctari solitæ 3, 13, 165.  
*ostis* vires distrahere cogi-  
 tat Alexander 6, 5, 267.  
 hosti quomodo præci-  
 denda omnia & præclu-  
 denda 8, 5, 347. hosti cir-  
 cumvenire cupienti quo-  
 modo resistendum 2, 15,  
 218.  
 humanum est humanis casi-  
 bus condolare 1, 4, 8.  
 humili ex fortuna in amplif-  
 simam evertus Plautia-  
 nus 3, 10, 154. Cleander 1,  
 12, 38. Maximinus 6, 8.  
 ieiuns difficilis ad Taurum  
 montem 3, 3, 138.  
 I.  
 Ani festū & lætitia festi ab  
 origine explicantur 1, 16.  
 Ianuariæ Kalendæ inchoan-  
 dis magistratibus solen-  
 nes p. 53.  
 Ianuæ in aula secretæ & pu-  
 blicæ 4, 1, 176. janitores  
 aulici 2, 1, 63. 8, 8, 35.  
 ignis prælatus, symbolum  
 imperii sive honor augu-  
 stalis 1, 8, 23. 1, 16, 54. 2, 3, 69.  
 2, 8, 81. 7, 1, 289. 7, 6, 305.  
 Ili Phrygiscum Tantalō pu-  
 gna 1, 11, 34.  
 Illyrii corpore, non ingenio  
 validi 2, 9, 97. humido cœ-  
 lo assueti 6, 6, 272. Illyrici  
 exercitus potentissimi 2,  
 8, 93. 2, 11, 104.  
 Illyricum solum Italiam à  
 Germania separat 6, 7,  
 276.  
 imago Soljs dei 5, 3, 228.  
 imago defuncti cærea 4, 2,  
 176.  
 imago Principatus 7, 9, 319.  
 imagines Alexandri & Anto-  
 nini 4, 8, 194. & 195. ima-  
 gines Principum in signis  
 milit. 2, 6, 84. signis detra-  
 ctæ, indicio seditionis 8, 5,  
 349. imagines Principum  
 coronis & lauro redimi-  
 tæ 8, 6, 339.  
 imitatio parva Alexandri &  
 Achillis in Antonino ride-  
 tur 4, 9, 199. imitatio ab-  
 surda Marci 5, 2, 225.  
 Imperator *vide* Princeps.  
 Imperium Rom. est populi,  
 inde ab antiquo 2, 8, 91.  
 4, 15, 219. 7, 7, 310. 8, 7, 355.  
 & Pop. imperii sedes Ro-  
 ma. 2, 10, 101. Imperium  
 exercitibus munit Augu-  
 stus 2, 11, 103. unde distincti  
 imperii termini & limi-  
 tes  
 H h 2

